D. PHILIPPI CONRADI FABRICII ... ENUMERATIO METHODICA...

Philipp Conrad Fabricius

Google

Se esfleuda
et [illegible] 22. B,
e fare la sede[illegible]

cho [illegible]
ua M.

D. PHILIPPI CONRADI FABRICII
SERENISSIMI DVC. BRVNSVIC. ET LVNEBVRG. A CONSILIIS AVLICIS MED. P. P. IN ACADEMIA IVL. CAROL. PRIMARII SOCIETAT. MED. HELMSTAD. PRAESIDIS ET ACADEM. CAESAR. NAT. CVR. COLLEGAE

ENVMERATIO METHODICA PLANTARVM

HORTI MEDICI HELMSTADIENSIS

SECVNDVM

LINNEI ET HEISTERI

SYSTEMA DIGESTA

STIRPIVM RARIORVM VEL NONDVM SATIS EXTRICATARVM DESCRIPTIONE SVBIVNCTA.

EDITIO TERTIA AVCTIOR POSTHVMA.

HELMSTADII
APVD IOAN. HENRICVM KÜHNLIN
MDCCLXXVI.

Digitized by Google

PRÆFATIO
PRIMÆ EDITIONIS.

Profeſſione Botanica & quæ eſt annexa eſt cura horti Medici, poſt obitum illuſtris HEISTERI, Fautoris & Collegæ in cineribus adhuc venerandi, a SERENISSIMO DVCE ET HERO meo mihi clementiſſime demandata, primus labor fuit Stirpium, quas ille continet, numerum ſcire, easque accurate perſpicere, præſertim quum nulla earum de-

a 2 ſigna-

ſignatio ſpecialis cum reliquis Actis huc pertinentibus mihi tradita fuerit, ſed tantum Schema quoddam generale, aſt illud valde exactum, ſecundum quod eæ in horto plantatæ & diſpoſitæ ſunt. Non ſolum itaque plantarum perennium novam perluſtrationem ſtatim inſtitui, ſed etiam quidquid deinde earum & reliquarum annuarum fuerit, annotavi, rarioresque præcipue, quoad florem & fructum, tam nudis oculis, quam microſcopii & acuum ope, ſollicite examinavi, obſervationes collectas in chartam coniiciendo, eadem ratione, qua olim Patriæ meæ plantas indigenas perſcrutatus ſum, cuius laboris Specimen, titulo *Primitiarum Floræ Butisbacenſis* quondam editum, una cum aliorum primi Ordinis Medicorum favore beati HEISTERI præcipue benevolentiam & amicitiam præter expectationem mihi primum conciliavit. Ex his annotatis, in ordinem redactis, & cum deſcriptionibus

ac

ac Iconibus præſtantiſſimorum Botanicorum collatis, præſens Opuſculum exortum fuit, quod typis publicandum duxi, ut loco Hodegetæ neceſſarii inſerviret, in demonſtrationibus plantarum publicis in poſterum perpetuo ſequendi. Neque vero ipſis ſtudii Botanici Antiſtitibus illud ingratum fore obinde confido, quia haud paucos eorum procul dubio iam diu cupiditas tenuit, Horti noſtri a pluribus annis fama celebrati plantas ſpecialius noſcendi, quas ſummus ille Vir ex tota Europa, quin ex remotioribus adhuc regionibus conquiſivit. Quod ad obſervationes & deſcriptiones rariorum vel nondum ſatis extricatarum plantarum ſubiunctas attinet, de eis periti & illi iudicent, qui eas in plantis ipſis iterandi voluntatem & occaſionem habent, operamque impenſam abunde remuneratam exiſtimabo, ſi, ut ſpero, ex iisdem res herbaria aliquid utilitatis capere queat. Plantas ipſas ſecundum Schema generale

Heiſterianum ſupra indicatum, diſpoſui, quum hæc methodus non ſolum cum alia præſtantiſſima quaque de præcellentia certare queat, ſed etiam plantarum in horto noſtro Ordinatio ſupra commemorata nullam aliam admittat. Ad methodum *Linnæanam* tamen ſimul reſpexi, ut utilitatem huius Opuſculi extenderem, utpote quæ methodus, ſicut in *Generibus* ſic dictis *plantarum* præcipue traditur, non ad ſolum ſexum plantarum attendit, cuius cognitio de reliquo itidem valde neceſſaria eſt, ſed etiam reliquarum floris & fructus partium deſcriptionem nervoſam & elegantem continet, adeoque ad quamvis aliam methodum illuſtrandam inſervire, & cum illa feliciter combinari poteſt, licet in haud paucis quoque illius aſſerta Naturæ non penitus reſpondentia invenerim, id quod pro veritatis ſtudio ſuo loco candide indicavi, cultu qui tanto Hiſtoriæ naturalis Promotori debetur, interea ſem-

per

per ſalva. Nullam plantam recenſui, quæ in Horto noſtro non proſtaret, vel in agro vicino Helmſtadienſi proxime ante urbem non creſceret & paulo ſpecioſior eſſet, pauciſſimis exceptis, quas Methodi cauſſa nominare coactus fui, ubi vero quod eis iam careamus, ſimul indicavi, officinales autem plantas præſtantiores aſteriſco notavi. Vtplurimum & ubi id fieri potuit, aut neceſſarium fuit, Synonyma ſignificantiora adieci, in quibus vero plantis vel minimum dubium ſuperfuit, ſola nomina Heiſteriana vel illa, ſub quibus quondam miſſæ fuerunt, adhibui, reliqua poſt iteratum fructificationis earum examen additurus. Præter multas enim Horti noſtri plantas exoticas ſatis quidem cognitas, ſed quæ per id temporis, quo is meæ inſpectioni ſubeſt, nondum vel plane nunquam apud nos floruerunt, ſuperſunt adhuc in illo variæ arbuſculæ herbæque plane dubiæ, quarum characterem ipſe beatus HEISTERVS determinare non

 auſus

by Google

miſſus fuit, & quas obinde cum reliquis te-cenſere iam non potui, quarum in numero præcipue ſunt aliquot bulboſæ rariſſimæ, benevolentia Perilluſtris ab THUNBERG ex ipſo Promontorio bonæ ſpei Horto noſtro quondam comparatæ, ut & multarum annuarum ſemina adhuc bona, vel nuperrime demum aliunde acquiſita, quarum omnium, facile unam & alteram Centuriam conficientium, florem & fructum, quando prodiverit, examinabo, ipſasque in Mantiſſa huius Enumerationis deſcribam.

PRAE-

PRÆFATIO NOVA.

In hac altera editione huius meæ enumerationis, plantarum horti Medici Helmſtadienſis, non ſolum novas plantas, quibus ille interea auctus fuit, ſuo loco inſerui, verum etiam omnibus, præcipue autem exoticis ſtirpibus illorum rei herbariæ Auctorum ſynonyma addidi, qui bonas icones habent, quum experientia dudum cognoverim, quantum illæ cognitionem ſpecierum plantarum promoveant. Studui ſimul methodum Linnæanam cum Heiſteriana combinare, quoad eius fieri

potuit, & quantum contraria in multis momentis utriusque ſummi Viri principia permiſerunt, ac ea propter omnibus plantis horti noſtri, quæ in Speciebus plantarum, vel in Syſtemate naturæ, editionis decimæ, Linnæano continentur, denominationes magni huius rei herbariæ Statoris adſcripſi; ut Tyronibus eas evolvendi, & ad ductum Generum plantarum Eiusdem examinandi, laborem facilitarem. Vtut quoque facilis concedam, notas characteriſticas, quæ in methodo Heiſteriana pro condendis novis generibus aſſumtæ fuerunt, non ſemper tanti momenti eſſe, ut tales plantæ in aliis methodis Botanicis quoque pro peculiaribus generibus haberi queant, pleraque tamen huius Syſtematis genera & nomina retinui, quia uti plurimum in re ipſa fundata ſunt, & ex par-

 te

te quoque a celeberrimi nominis Medicis, vel a ſummis plane ſcientiæ herbariæ Promotoribus denominationem acceperunt, quibus tam exiguam, utut ex grato animo profectam, meritorum maximorum remunerationem dubiam reddere, mihi piaculo ſemper ducam. Adieci ſimul ex Speciebus Linnæanis loca natalia plantarum, nec non nomina earum Germanica, quæ bona conquirere potui, niſi vel ex nominibus, vel ſynonymis adductis latinis utraque iam levi opera hariolari liceat: plantas vero nobis indigenas, quarum utiliores, vel rariores hic tantum adduxi, nota ♃ indicavi, & eis, de quarum viribus medicis uberius conſtat, ſignum * iterum adpoſui. Licet quoque inde a prima huius enumerationis editione nonnullæ plantæ, pro conſveto rerum in hortis Botanicis

fluxu

fluxu & refluxu emortuæ fuerint, illarum tamen nomina & ſynonyma itidem retinui, ſed quod iam ceſſent, ſimul indicavi, quum eas recuperandi occaſionem nullam prætermiſſurus ſim, quin imo nonnullarum ex illis ſemina, dum hæc ſcribo, iam de novo poſſideam. In poſterum forma huius enumerationis plantarum nullam amplius mutationem ſubibit, ſed tam novas plantas, quas vel a mutua inſerviendi promptitudine compenſanda benevolentia, Fautorum horti noſtri ſpero, quos inter illuſtrium in re Botanica virorum LVDWIGII SCHMIDELII OEDERI & BÜTTNERI præcipue nomina mihi perpetuo honorata & cara manebunt; vel quas ære publico acquiram, nec non obſervationes in eis factas, titulo Supplementorum cum benevolo LECTORE ſuo tempore communicabo.

SVPELLEX.

SVPELLEX MEA LIBRARIA BOTANICA.

Act. Gallic. verſ. Steinwehr. Der Königlichen Academie der Wiſſenſchaften in Paris Anatomiſche Chirurgiſche und Botaniſche Abhandlungen, überſetzt von W. B. A. von Steinwehr, IX. Theile. Breslau 1749. & ſeqq. 8. c. fig.

Bartholin. Act. Hafnienſ. Thomæ BARTHOLINI Acta Hafnienſia Volumina V. Haſniæ 1671-1679. 4to, c. fig.

Act. Helvet. Acta Helvetica, Phyſico-mathematico-Botanico Medica Vol. I. II. III. Baſileæ 1751, & ſeqq. 4. c. f.

Act. Nat. Cur. Acta Phyſico-Medica Academiæ Cæſareæ naturæ curioſorum Vol. I-X. Norimbergæ 1727. & ſeqq. 4. c. f.

Nov. Act. Nat. Curioſ. Nova acta phyſico-medica Academiæ Cæſareæ naturæ curioſorum Vol. I. II. Norimbergæ 1761. & ſeq. 4. c. f.

Medicinæ herbariæ libri duo, Auctore Ioanne AGRICOLA. Baſileæ 1539 12.

Aldin. Hort. Farneſ. Tobiæ ALDINI exactiſſima deſcriptio rariorum plantarum, quæ continentur Romæ, in horto Farneſiano. Romæ 1625. fol. c. f.

Pr. *Alpin.* Ægypt. Proſperi ALPINI de plan-

plantis Ægypti Liber, cum obſervationibus & notis Io. VESLINGII. Patavii 1640. 4. c. f.

Pr. *Alpin.* exot. De plantis exoticis libri II. Proſperi ALPINI. Venetiis 1629. 4. c. f.

Pauli AMMANNI character plantarum naturalis. Lipſiæ 1676. 8.

Ammann. Ruthen. Iohannis AMMANNI Stirpium rariorum in imperio Rutheno ſponte provenientium icones & deſcriptiones. Petropoli 1739. 4.

Iohann. Conrad. AXTII Tractatus de arboribus coniferis. Ienæ 1679. 12.

Barrel. Ic. Plantæ per Galliam, Hiſpaniam, & Italiam obſervatæ & Iconibus illuſtratæ a R. P. Iacobo BARRELIERO. Opus poſthumum, accurante *Antonio* de IVSSIEV, in lucem editum. Pariſiis 1714. fol.

Iobi BASTERI Opuſcula ſubſeciva Liber I. Harlemi 1759. 4. c. f.

De plantis a Divis Sanctisve nomen habentibus Caput Ioannis BAVHINI. Baſileæ 1591. 8.

I. *Bauh.* Hiſt. font. Boll. Hiſtoria novi & admirabilis fontis, balneique Bollenſis conſcripta a Ioanne BAVHINO. Montisbeligardi 1598. 4. c. f.

I. *Bauh.* 1. 2. 3. Hiſtoria plantarum univerſalis. Auctoribus Ioanne BAVHINO & Io. Henr. CHERLERO Tomi III. Ebroduni 1650. 1651. fol. c. f.

C. B.

by Google

C. B. Phytop. Caſpari BAVHINI Phytopinax. Baſileæ 1596. 4. c. f.

C. B. P. Caſpari BAVHINI Pinax Theatri botanici. Baſileæ 1671. 4.

C. B. Prodr. Caſpari BAVHINI Prodromus Theatri botanici. Baſileæ 1671. 4. c. f.

BAZIN Obſervations ſur les plantes. Straſbourg 1741. 8.

Bellon. obſerv. Petri BELLONII Obſervationes, tribus libris expreſſæ, apud Cluſium poſt exotic.

Caroli Auguſti a BERGEN Catalogus ſtirpium, quas hortus Medicus Academiæ Viadrinæ complectitur. Francofurti ad Viadr. 1744. 8.

EIVSDEM Epiſtola de alchimilla ſupina. Francof. ad Viadr. 1748. 4.

EIVSDEM Flora Francofurtana. Francof. ad Viadr. 1750. 8.

EIVSDEM Diſſertatio de Aloide. Francof. 1753. 4. c. f.

Expoſitio characteriſtica ſtructuræ florum, qui dicuntur compoſiti, auctore Ioanne le Franq van BERKHEY. Lugduni Batavor. 1761. 4. c. f.

Rariora muſei BESLERIANI, commentariolo illuſtrata, a Iohanne Henrico LOCHNERO, Ann. 1716. fol. c. f.

Boccon. Sic. Icones & deſcriptiones rariorum plantarum Siciliæ, Melitæ, Galliæ & Italiæ

Italiæ, Auctore Paulo BOCCONE. e Theatro Sheldoniano 1674. 4. c. f.

Récherches & obſervations naturelles de Monſieur *Boccone* Amſterdam 1674. 12. c. f.

Georg. Rudolph. BOEHMERI Flora Lipſiæ indigena. Lipſiæ 1750. 8.

Boerh. Ind. alt. Index alter plantarum, quæ in horto Academico Lugduno Batavo aluntur, conſcriptus ab Hermanno BOERHAAVE. Lugd. Bat. 1727. 4. c. f.

Bont. H. N. & M. I. Iacobi BONTII Hiſtoriæ naturalis & Medicæ Indiæ orientalis Libri 6. exſtant apud Piſonem.

Breßlauiſch. Samml. Sammlung von Natur- und Medicin- wie auch dazu gehörigen Kunſt- und Litteratur-Geſchichten. Volumina XIX. Breslau 1717. & ſeqq. 4. c. f.

de Bry Florileg. Iohann. Theodori de BRY Florilegium novum Oppenhemii 1612. fol. c. f.

Othonis BRVNFELSII Herbarium. Argentorati 1530. fol. c. f.

Burckhard. Epiſt. ad Leibnit. Iohann. Henrici BVRCKHARDI epiſtola ad G. G. Leibnitium, de charactere plantarum naturali, cum præfatione L. Heiſteri. Helmſtadii 1750. 4. c. f.

Burmann. Zeylan. Theſaurus Zeylanicus exhibens plantas, in inſula Zeylana naſcentes, cura & ſtudio Ioannis BVRMANNI. Amſtelædami 1737. 4. c. f.

Io-

Iohann. Chriſtian. BVXBAVM Enumeratio plantarum, in agro Halenſi locisque vicinis creſcentium. Halæ 1721. 8. c.f.

Buxbaum Bizant. Plantarum minus cognitarum Centuria I--V. circa Byzantium obſervatarum per I.C. BVXBAVM. Petropoli 1728. 29. 33. 40. 4. c. f.

Camerar. Matth. German. Herbarium Petri Matthioli auctum per Ioachimum CAMERARIVM, lingua Germanica Francofurti ad Moenum 1586. fol. c. fig. vivis coloribus illuſtratis. De præſtantia huius libri vid. b. Heiſter. Epiſtol. Burckhard. edit. alt. p. 25. & ſeqq.

Camerar. Hort. Hortus Medicus & Philoſophicus, Auctore Ioachimo CAMERARIO. Francofurti ad Moenum 1588. 4. c. f.

Hort. Carolsrub. Index plantarum Horti Carolsruhani, tripartitus, editus ab Auguſt. Guilielm. SIEVERT.

Chabr. Stirpium icones & Sciagraphia, Auctore Dominico CHABRÆO. Genevæ 1666. fol. c. f.

Chemnit. Ind. Index plantarum circa Brunſvigam naſcentium, cum Appendice, conſcriptus a Ioanne CHEMNITIO. Brunsvigæ 1652. 4. c. f.

Chomel. Abrégé de l'hiſtoire des plantes uſuel-

uſuelles par feu P. I. B. CHOMEL. Tome I. II. III. Paris 1761. 12.

Cluſ. Hiſt. vel H. Caroli CLVSII rariorum plantarum hiſtoria, Antverpiæ, ex offic. Plantin. 1601. fol. c. f.

Cluſ. exotic. Caroli CLVSII Exoticorum libri X. ex offic. Plantin. 1605. fol. c. f.

Cluſ. Hiſpan. Caroli CLVSII rariorum aliquot ſtirpium, per Hiſpanias obſervatarum Hiſtoria. Antverpiæ, ex offic. Chriſtoph. Plantin. 1576. 8. c. f.

Columm. Phytob. Fabi COLVMNÆ Phytobaſanos cui accedit vita FABI Iano Planco, Ariminenſi, auctore, Florentiæ 1744. 4. mai. c. f.

Commel. H. A. Horti Medici Amſtelodamenſis rariorum plantarum deſcriptio & icones, Auctoribus Ioanne & Caſparo COMMELINO Pars I. & II. Amſtelodami 1697. & 1701. fol.

Commelin. rar. Caſpari COMMELINI horti Medici Amſtelodamenſis plantæ rariores & exoticæ, ad vivum æri inciſæ. Lugduni Batavorum 1715. 4.

Iohannis COMMELINI Catalogus plantarum horti Medici Amſtelædamenſis. Amſtelædami 1702. 12.

Flora Malabarica ſ. horti Malabarici Catalogus. Digeſſit Caſparus COMMELINVS Lugd. Bat. 1696. 8.

Floræ

Floræ Pariſienſis Prodromus par. M. DALIBARD. Paris 1749. 12.

Guilielmi DAMPIER novum Iter circa globum terraqueum, Pars I. & II. cum Appendice. Germanice. Lipſiæ 1728. 8. c. fig.

Dill. Catal. Gieſſ. Io. Iacob. DILLENII Catalogus plantarum, ſponte circa Gieſſam naſcentium c. Appendice. Francofurti ad Moenum 1719. 8. c. f.

Dill. Hort. Elth. Hortus Elthamenſis. Auctore Ioh. Iacob. DILLENIO. Volum. I. & II. Londini 1732. fol. maximo c. f.

Dill. Hiſt. muſc. Hiſtoria muſcorum, opera Ioh. Iacob. DILLENII. Oxonii e Theatro Sheldoniano 1741. 4. mai. chart. denſ. & pur. c. f.

Dodart. der Herren PERRAVLT CHARAS und DODART Abhandlungen zur Naturgeſchichte der Thiere und Pflantzen I. II. III. Band. Leipzig 1758. 4. mit K.

Dodon. Comment. Remberti DODONÆI de ſtirpium hiſtoria commentarii Tom. 1. & 2. Anverpiæ 1554. 8. c. f.

Dodon. Pempt. Remberti DODONÆI ſtirpium hiſtoriæ pemptades ſex. Antverpiæ ex offic. Plantin. 1616. fol. c. f.

Dodon. Coron. Florum & Coronariarum,

odoratarumque nonnullarum herbarum Hiſtoria. Remberto DODONÆO Auctore. Antwerp. ex offic. Plantin. 1569. 8. c. f.

Dodon. frug. Remberti DODONÆI de frugum hiſtoria liber unus. Antverp. 1552. 8. c. f.

Ioh. Sigism. ELSHOLTII Flora Marchica. Berolini 1663. 12. mai.

Ernſting Phellandr. Arthur. Conrad. ERNSTING. Phellandrographia. Brunsvigæ 1739. 4. c. f.

Fabri Strychnom. Iohann. Matth. FABRI Strychnomania. Auguſtæ Vindelicorum 1677. 4. c. f.

Ferrar. flor. cult. Ioh. Baptiſtæ FERRARII Flora f. de florum cultura Libri IV. Amſtelodami 1664. 4. c. f.

Feuillee Peruv. Des Pater Ludwig FEVILLEE Beſchreibung zur Artzney dienlicher Pflanzen, in den Reichen des mittægigen America, uberſetzt von D. G. L. Huth, I. und IIter Theil. Nürnberg. 1756. 1757. mit Kupf.

Eraſm. Franciſ. O. u. W. Luſt u. Stats Gart. Eraſmi FRANCISCI Oſt und Weſt Indiſcher, wie auch Sineſiſcher Luſt und Stats Garten. Nürnberg 1668. fol. c. f.

Hrn. FREZIER Reiſe nach der Süd See, Hamburg. 1718. 8. m. K.

Fuchſ. H. De hiſtoria ſtirpium Commentarii. Leonhardo FUCHSIO auctore. Baſileæ 1542. fol. c. f.

Tractatus de materia medica. Auctore Stephano Franciſco GEOFFROI Tomi III. Pariſiis 1741. 8.

Geſner. Opp. Conradi GESNERI Opera Botanica, per duo Sæcula deſiderata. Pars prima. Edit. C. C. SCHMIEDEL. Norimberg. 1751. fol. c. f.

Geſner. Hiſt. plant. Faſc. Conradi GESNERI Hiſtoriæ plantarum Faſciculus. Norimberg. 1759. fol. c. figg. illuminat.

Gleditſch. Fung. I. G. GLEDITSCH Methodus Fungorum, exhibens genera, ſpecies & varietates. Berolini 1753. 8. c. f.

I. G. GLEDITSCHII Conſideratio Epicriſeos Sigesbeckianæ in Linnæi ſyſtema plantarum ſexuale. Berolini 1740. 8.

Gmelin. Flor. Sibir. Flora Sibirica ſ. Hiſtoria plantarum Sibiriæ Tom. I. & II. Auctore Dr. Ioh Georg. GMELIN. Petropoli 1747. & 49. 4. c. f.

Ioh. G. GMELINI Sermo Academicus, de novorum vegetabilium poſt creationem divinam exortu. Accedit R. I. CAMERARII de ſexu plantarum epiſtola. Tubingæ 1749. 8.

Gouan. Monſpel. Anton. GOVAN Hortus Regius Monſpelienſis. Lugdun. 1762. 8. mai.

Gronov. Virg. Flora Virginica exhibens plantas, quas V. C. Iohannes CLAYTON collegit, & methodo ſexuali diſpoſuit Iohann. Friedr. GRONOVIVS Pars I. & II. Lugdun. Batav. 1743. 8.

Stephan. HALES Statica vegetabilium. Germanice. Halle 1748. 4. c. f.

Haller. Helvet. Alberti HALLERI Enumeratio methodica ſtirpium Helvetiæ indigenarum Tom. I. & II. Goetting. 1752. fol. c. f.

EIVSDEM Emendationes & Auctuaria huius Operis. 4.

Haller Opuſc. botan. Opuſcula botanica aucta, & coniunctim edita ab Albert. HALLER Goetting. 1749. 8. c. f.

Haller Catalog. Goetting. Enumeratio methodica Horti Regii & agri Goettingenſis, aucta & emendata ab Alberto de HALLER. Goettingæ 1753. 8.

Haller Commentar. Goetting. COMMENTARII Societatis Regiæ ſcientiarum Goettingenſis Tomi IV. Ann. 1752--1754. 4. c. f.

du Hamel Arbor. verſ. tent. Herrn DV HAMEL Abhandlung von Bæumen, Stauden und

und Straeuchen, I. Theil. Nürnberg 4. mit K.

DV HAMEL Anweiſung wie die Bæume, Pflantzen, Samen und verſchiedene andere Merkwürdigkeiten der Natur Geſchichte über Meer zu verſenden; extat in Wolffg. IÆGERI Tractatu von Sammlung verſchiedener Seltenheiten der Natur. Nürnberg 1761. 8. mit K.

Friederich Ioh. Iac. HARTMANN neue Garten-Erforſchung, IV. Theile. Erfurt 1761. 1762. 8.

HASELQVIST Reiſe nach Palaeſtina, aus dem Schwediſchen. Roſtock 1762. 8.

Heiſter. Ind. Indices plantarum rariorum & officinalium, quas Ann. 1730. 31. & 32. in hortum Academicum Iuliæ intulit Laurentius HEISTERVS. 8.

Laurentii HEISTERI Syſtema plantarum generale. Helmſtad. 1748. 8.

Laurentii HEISTERI Deſcriptio novi generis plantæ, cui in honorem Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini CAROLI Brunsv. & Luneb. Ducis, hodie regnantis, *Brunsvigiæ* nomen impoſuit. Brunsvigæ 1753. fol. maxim. c. f.

Supplementum Floræ Pruſſicæ, opera Georg. Andr. HELLWINGII. Gedani 1726. 4.

Johann. Friederich HENCKEL Flora Saturnizans. Leipzig 1755. 8. c. f.

Hermann. H. L. B. Horti Academici Lugduno Batavi Catalogus. Auctore Paulo HERMANNO. Lugdun. Batav. 1687. 8. mai. c. f.

Hermann. Parad. Bat. Pauli HERMANNI Paradiſus Batavus. Lugduni Batavor. 1705. 4. c. f.

Heucher. Oper. Iohann. Henrici de HEUCHER Opera, Tomi II. Lipſiæ 1745. 4. c. f.

Entwurff eines Lehrgebaudes von Erzeugung der Pflanzen von D. Iohann HILL, mit Kupfern, überſetzt von D. G. L. Huth. Nurnberg 1761. 8.

Hiſt. Lugd. Hiſtoria generalis plantarum in libros XVII. per certas claſſes artificioſe digeſta. Volumen I. & II. Lugduni 1587. fol. c. f.

Floræ Altdorffinæ deliciæ hortenſes &c. Floræ Altdorffinæ deliciæ ſilveſtres &c. auctiores redditæ a Mauricio HOFFMANNO. Altdorffii 1677. 4.

Hortulan. Angl. Catalogus plantarum tum exoticarum, tum domeſticarum, quæ in hortis, haud procul a Londino ſitis, in venditionem propagantur. London. 1730. fol. max. c. f. viv. colorib. illuſtr.

Iacquin.

Iacquin. Carib. Nicol. Ioſeph. IACQVIN Enumeratio ſyſtematica plantarum, quas in inſulis Caribæis vicinaque Americes continente detexit novas, aut iam cognitas emendavit. Lugdun. Batav. 1760. 8.

Iacquin. Vindobon. Nicol. Ioſeph. IACQVIN Enumeratio ſtirpium plerarumque, quæ ſponte creſcunt in agro Vindobonenſi, montibusque confinibus. Vindobonæ 1762. 8. c. f.

le Iardinier ſolitaire. Germanice. Leipzig 1716. 12.mai.

Imperat. H. N. Ferdinandi IMPERATI Hiſtoriæ naturalis Libri XXVIII. Coloniæ 1695. 4. c. f.

M. D. IOHRENII vade mecum Botanicum. Colberg. 8.

Ioachim. IVNGII Opuſcula Botanico-Phyſica. Coburg. 1747. 4.

Engelbert. *Kæmpfer* Amoenit. exot. Amoenitatum exoticarum Faſciculi V. auctore Engelberto KÆMPFERO. Lemgov. 1712. 4. c. f.

Hiſtoire naturelle, civile & eccleſiaſtique de l'empire du Iapan, par Engelb. KÆMPFER. Tomes I. II. III. à Amſterdam 1732. 8. c. f.

Chriſtiani KNAVT methodus plantarum genuina. Lipſiæ & Halæ 1718. 8.

D. Ioſeph. Gottlieb KOELREUTER Nachricht von einigen das Geſchlecht der Pflantzen betreffenden Vnterſuchungen und Beobachtungen. Leipzig 1761. 8.
M. Peter KOLB Reiſe an das Capo du bonne Eſperance. Nürnberg 1715 fol. m. K.
Guilielmi Henrici KRAMER Elenchus vegetabilium & animalium Auſtriæ inferioris. Vienn. Prag. & Tergeſti 1756. 8.
Ioh. Mar. LANCISII Opera omnia. Genev. 1718. 4. & in eis Diſſertationes 2. altera de ortu, vegetatione ac textura fungorum, altera de Plinianæ villæ ruderibus.
Laurenbergi apparat. pl. Petri LAUREMBERGII Apparatus plantarum primus. Francof. ad Moenum 1632. 4 c. f. Eiusdem Horticulturæ. 1631. 4. c. f. editæ annexus.
Ioh. Sigism. LEINCKER de horti Medici Helmſtadienſis plantis rarioribus ad Laurentium Heiſterum. Helmſtadii 1746. 4.
Iohann. Dietrich LEOPOLD Deliciæ ſilveſtres Floræ Vlmenſis. Vlm. 1728. 8.
Frider. Wilhelm a LEYSER Flora Halenſis. Halæ 1761. 8.
G. LIEGELSTEINER wohlunterſuchter Zwerchbaum. Franckf. und Leipz. 1725. 12. m. K.
Louis LIGER Iardinier Fleuriſte & Hiſtoriographe. Germanice. Leipzig 1716. 12. mai. c. f.

Lin-

Lindern Hort. Alſat. Franciſc. Balthaſar von LINDERN Hortus Alſaticus. Argentorati 1747. 8. c. f.
Franc. Balth. von LINDERN Tourneforttius Alſaticus cis & transrhenanus. Argentor. 1728. 8. c. f.
L. Hort. Cliffort. Hortus Cliffortianus Auctore Carolo LINNÆO. Amſtelædami 1737. fol. c. f.
L. Sp. pl. Caroli LINNÆI Species plantarum, Tomus I. & II. Holmiæ 1753. 8.
L. Amoenit. Acad. Caroli LINNÆI Amoenitates Academicæ. Volumen I-V. Holmiæ 1749-1760. 8. c. f.
Caroli LINNÆI Genera plantarum. Holmiæ 1754. 8.
Caroli LINNÆI Viridarium Cliffortianum. Amſtelædami 1737. 8.
Caroli LINNÆI Critica Botanica. Lugdun. Batav. 1737. 8.
Caroli LINNÆI Flora Lapponica. Amſtelædami 1737. 8. c. f.
Caroli LINNÆI Flora Suecica. Lugdun. Batav. 1745. 8.
Caroli LINNÆI Philoſophia Botanica. Stockholmiæ 1751. 8. c. f.
L. Syſtem. Nat. edit. X. Caroli LINNÆI Syſtema Naturæ, Tomus I. & II. Holmiæ 1759. 8.

Caroli

Caroli LINNÆI Verſuch einer Natur-Kunſt- und Oeconomie-Hiſtorie von einigen Schwediſchen Provintzen, überſetzt. Leipzig und Stockholm 1756. 8. m. K.

Lobel Adverſ. nov. Matthiæ de LOBEL in G. Rondeletii Pharmaceuticam officinam animadverſiones, cum Adverſariorum volumine eorumque parte altera. Londini 1605. fol. c. f.

Lochner. Michael. Friederic. LOCHNERI de papavere, pareira brava, nerio, ananaſſa, lapide quadra Sinenſi, phthiriaſi cordis, vermibus cum urina excretis, acriviola, feſto dianæ corythalliæ, bellili indico, & animalculo & radice mungos opuſcula, uno volumine comprehenſa. Norimbergæ 1719. 4. c. f.

Loeſel. Fl. Pruſſ. Iohann LOESELII & Iohann. GOTTSCHED Flora Pruſſica. Regiomonti 1703. 4. c. f.

Michaelis Matthiæ LUDOLFF Catalogus plantarum. Berolini 1746. 8.

Chriſtiani Gottlieb LUDWIG Inſtitutiones regni vegetabilis. Lipſiæ 1757. 8.

Chriſtiani Gottlieb LUDWIG Definitiones generum plantarum. Lipſiæ 1760. 8.

Botanicum monſpelienſe cum appendice, auctore Petro MAGNOL. Monſpelii 1686. 8. c. f.

Mar-

Marcelli MALPIGHII Anatome plantarum exſtat Operum eius omnium, Volum. I. Lugdun. Batav. 1687. 4. c. f.

Marci MAPPI Hiſtoria plantarum Alſaticarum. Argentorati 1742. 4. c. f.

Matthiol. Petri Andreæ MATTHIOLI Commentarii in 6. libros P. Dioſcoridis. Venetiis 1583. fol. c. f.

Mentzel. pugill. Chriſtiani MENTZELII Index nominum plantarum multilinguis, cum pugillo rariorum plantarum. Berolini 1682. fol. c. f.

Meiſter. Or. Ind. K. u. Luſtgærtn. Georg MEISTERS Orientaliſch Indianiſcher Kunſt-und Luſt-Gærtner. Dresden und Leipzig 1731. 4. m. K.

Pinax rerum naturalium Britannicarum, Authore Chriſtoph. MERRET. Londini 1667. 12.

Michel. nov. gener. Petri Antonii MICHELII nova plantarum genera. Florentiæ 1729. 4. mai. c. f.

Miller. Lexic. hort. Philipp MILLERS Gärtner Lexicon, überſetzt von D.G.L. Huth, III. Theile. Nürnberg 1750. 51. und 58. fol. m. K.

Ioſephi MONTI Catalogi ſtirpium agri Bononienſis Prodromus. Bononiæ 1719. 4. c. f.

Mori-

Moriſon H. R. Bleſ. Roberti MORISON hortus Regius Bleſenſis auctus. Londini 1669. 8.

Munting. Britann. *Munting.* Aloid. Abraham MVNTING de vera herba Britannica cum Aloidarum hiſtoria. Amſtelodami 1698. 8. c. f.

Ioh. Philip. NONNE Flora in territorio Erfordenſi indigena. Erford. 1763. 8.

Oeder Flor. Dan. Georg. Chriſt. OEDER Florae Danicae Iconum Faſciculus I. 1761. fol.

Olear. Aloed. Iohann Chriſtoph OLEARII Aloëdarium hiſtoricum. Arnſtatt 1719. 12. mit 1. K.

Adam. OLEARII Gottorffiſche Kunſtkammer. Gottorff 1674. 4. m. K.

Simon. PAVLLI Quadripartitum Botanicum. Argentorati 1667. 4. c. 1. f.

Henrich von OSTEN Niederlandiſcher Garten. Wolffenbuttel kl. 8.

Petri PETITI Thea. Lipſiae 1685. 4. c. 1. f.

Piſon. H. N. Guilhelmi PISONIS de Indiae utriusque re naturali & medica, Libri XIV. Amſtelodami 1658. fol. c. f.

Plucknet. Phytogr. Leonardi PLVCKNETII Phytographia. Partes III. Londini 1691. & 1692. fol. c. f.

Plumier. filic. Tractatus de filicibus americanis

canis R. P. Caroli PLVMIER. Pariſ. e Typograph. Reg. 1705. fol. c. f.

Pocock. Itinerar. Richard POCOCKES Beſchreibung des Morgenlandes und einiger anderer Lænder, III. Theile, überſetzt durch C. E. von Windheim. Erlangen 1754. 55. 4. mai. c. f.

Fr. Pon. mont. Bald. Monte Baldo deſcritto da Giovanni PONA &c. par Franciſco PONA da Latino tradotti. In Venetia 1617. 4. c. f.

Port. Phytogn. Iohann. Baptiſtæ PORTÆ Phytognomonica. Francofurti 1591. 8. c. f.

Le parfait Iardinier par *de la* QVINTINIE. Geneve 1696. 4. mai. c. f.

Rai. Synopſ. Iohann. RAII Synopſis methodica ſtirpium Britannicarum. Editio tertia. Londini 1724. 8. c. f.

Rai. H. 3. Iohann. RAII Hiſtoriæ plantarum Tomus III. Londini 1704. fol.

Iohann. RAII methodus plantarum emendata & aucta. Londini 1733. 8.

Iohann. RAII Catalogus ſtirpium in exteris regionibus obſervatarum. Londini 1673. 8.

Royen. Prodr. Adriani van ROYEN Floræ Leydenſis Prodromus. Lugdun. Batav. 1740. 8. mai.

Iohann ROYER Beſchreibung des Fürſtlichen

chen Gartens zu Heſſen. Braunſchweig. 1753. 4. m. K.

Rumph. Amboin. Georg. Eberhard RVMPHII Herbarium Amboinenſe cura & ſtudio Ioann. BVRMANNI, Part. VI. cum Auctuario. Amſtelædami 1741.–1755. fol. c. f.

Rupp. Flor. Ien. Alberti HALLERI Flora Ienenſis Henrici Bernhardi RVPPII ex auctoris ſchedis & propriis obſervationibus aucta. Ienæ 1745. 8. c. f.

Iacob. Chriſtian. SCHÆFERI de ſtudii botanici faciliori ac tutiori methodo. Ratisbon. 1758. 4.

Iacob Chriſtian SCHÆFERS vorlæufige Beobachtung der Schwämme um Regensburg. Regensburg 1759. 4. c. f.

Iacob Chriſt. SCHÆFERS Gicht Schwamm mit grünſchleimigem Huth. Regensburg 1760. 4. c. f.

Scheuchzer. Agroſtogr. Iohann. SCHEVCHZERI Agroſtographia. Tiguri 1719. 4. c. fig.

Scheuchzer. Itin. Iohann. Iacob. SCHEVCHZERI Itinera, per Helvetiæ alpinas regiones facta, Tomi IV. Lugdun. Batav. 1723. 4. c. f.

Iohann. Anton. SCOPOLI Flora carniolica. Viennæ 1760. 8.

Ioan-

Ioannis SERAPIONIS de ſimplicium medicamentorum Hiſtoria Libri VII. Venetiis 1552. fol.

Siegesbeck Primit. Flor. Petrop. Primitiæ floræ Petropolitanæ, auctore Ioanne Georg. SIEGESBECK. Rigæ 1736. 4.

Sloan. Catal. Iamaic. Hans SLOANE Catalogus plantarum, quæ in inſula Iamaica &c. ſponte proveniunt. Londini 1696. 12.

Adriani SPIGELII Iſagoges in rem herbariam Libri II. Patavii 1606. 4.

Stiſſer. Botan. cur. Iohannis Andreæ STISSERI Botanica curioſa. Helmſtedt 1697. 12. mai. c. f.

Stoerck. Cicut. Anton. STOERCKII Supplementum de Cicuta Viodobon. 1761. 8. c. f.

Swert. Florileg. Emanuel. SWERTI Florilegium, P. I. & II. Francofurti 1712. fol. c. f.

Tabernæm. Ic. Iacob. Theodor. TABERNÆMONTANI Eicones plantarum, curante Nicolao Baſſæo. Francof. ad Moen. 1590. 4. forma oblonga.

Tabernæm. H. Iacob Theodor. TABERNÆMONTANI neu vollkommenes Kræuterbuch, vermehrt durch Caſpar. BAVHINVM., II. Theile. Baſel 1613. fol. c. f.

Thal. Hercyn. Iohann. THALII Sylva her-

c cyni-

cynica apud Ioachim. CAMERARIVM, Hort. Medic. & Philoſoph. c. f.

Till. Hort. Piſan. Michael Angeli TILLI Catalogus plantarum horti Piſani. Florentiæ 1723. fol. c. f.

T. Joſephi Pitton TOVRNEFORT Inſtitutiones rei herbariæ, Tomi II. Lugduni juxta Exemplar, Pariſienſ. 1719. 4. c. f.

T. Relation du Levant. Relation d'un Voyage du Levant, fait par M. Pitton de TOVRNEFORT, Tome I. & II. Amſterdam 1718. 4. mai. c. f.

Joſephi Pitton TOVRNEFORT Hiſtoire des plantes, qui naiſſent aux environs de Paris. Paris 1698. 8.

Trag. Stirp. Hieronymi TRAGI de Stirpibus Libri III. Argentinæ 1552. 4. c. f.

Trew. Ic. pl. ſelect. Chriſtoph. Iacob. TREW plantarum ſelectarum Icones & deſcriptiones Decuriæ VI. Norimbergæ 1750. & ſeqq. fol. max. c. figg. vivis coloribus illuſtratis.

Trew. Commerc. litterar. Nor. Commercium litterarium ad rei Medicæ & ſcientiæ naturalis incrementum inſtitutum. Annus 1731-45. Norimberg. 4. c. f.

Triumfett. obſerv. Io. Baptiſt TRIVMFETTI obſervationes de ortu & vegetatione plantarum. Romæ 1699. 4. c. f.

Io.

Io. Baptiſtæ TRIUMFETTI Vindiciæ veritatis. Romæ 1703. 4. c. f.

Sebaſtiani VAILLANT Botanicon Pariſienſe, operis maioris Prodromus. Lugdun. Batav. 1723. 12.

Vaillant. Botan. Pariſ. Botanicon Pariſienſe, par Sebaſtien VAILLANT. Leide & Amſterdam 1727. fol. c. f.

Michael. Bernhard. VALENTINI India litterata exſtat cum eius Muſeo Muſeorum; & c. Amphitheatrum medica. Francof. ad Moen. 1716. fol. c. f.

Volckamer. Fl. Nor. Iohann. Georg. VOLCKAMERI Flora Noribergenſis. Noribergæ 1700. 4. c. f.

Walther. Hort. Auguſt. Friderici WALTHERI Deſignatio plantarum horti proprii. Lipſiæ 1735. 8. c. f.

Wheler Voyage. Voyage de Dalmatie, de Grece & du Levant, par Mr. George WHELER. Amſterdam 1689. 8. c. f.

Wepfer. de cicut. Iohann. Iacob. WEPFERI Hiſtoria cicutæ aquaticæ. Baſil. 1716 4. c. f.

Chriſtian. Ludov. WILLICH de plantis quibusdam obſervationes. Goettingæ 1762 8.

Zanon. edit. prior. Iſtoria botanica di Giacom. ZANONI. Bologna 1675. fol. c. f.

Zanon. edit. Mont. Iacob. ZANONII rariorum ſtirpium hiſtoria. Digeſta latina reddidit,

didit, ſupplevit Caietanus MONTIVS, Bononiæ 1742. fol. c. f.

Zinn. Catalog. Goetting. Iohann. Gottfried ZINN Catalogus plantarum horti Academici & agri Goettingenſis. Goettingæ 1757. 8. c. f. 1.

Ioh. Gottfried ZINN obſervationes quædam Botanicæ & Anatomicæ. Goetting. 1753. 4.

Zorn. Botanolog. Bartholomæi ZORN Botanologia medica. Berlin 1714. 4. m. K.

Reliqua Opera, quæ mihi adhuc deſunt, e. gr. Hortus Aichſtattenſis, Hortus Malabaricus, Moriſoni hiſtoria plantarum Oxonienſis &c. continentur in Bibliotheca Academica publica.

EXERCITVS I.

EXERCITVS I. LEGIONIS I.

CLASSIS I.

MONOCOTYLEDONES ANGIOSPERMÆ BVLBOSÆ DICTÆ COROLLIS BRACTEATIS S. PETALOIDEIS VT PLVRIMVM SPECIOSIS.

ORDO I.

Floribus *monopetalis Liliaceis* dictis

a) *regularibus*, ut plurimum ſexpartitis, capſulis ſ. vaſculis ſeminalibus ſiccis

1) *unilocularibus*; quæ & pauciores plerumque floris habent lacinias, ut:

* CYCLAMEN corolla retroflexa L. Sp. 1. Cyclamen *Laurenberg*. Apparat.

pl. 150. *Port.* Phytogn. 488. vernum album C. B. P. *Saubrod.* Auſtria.

MARANTA L. Sp. I. Arundaſtrum *Rumph.* Amboin. P. IV. T. VII. America calidior & India. Perianthium viride glabrum triphyllum, interdum tetraphyllum, quarto foliolo deorſum flexo & corollam ſuſtinente. Corolla candida tenera monopetala anomala ringens. Tubus oblongus compreſſus oblique inflexus. Limbus quadrifidus vel quinquifidus, laciniis lateralibus maximis ovatis ſubrotundis, reliquis minoribus. Filamentum, anthera, ſtilus & ſtigma alba. Germen viride glabrum tumens e gibbo ſubrotundum infra receptaculum.

2) *trilocularibus* floribus ſexfidis

CROCUS ſpatha univalvi radicali, corollæ tubo longiſſimo L. Sp. I. *Saffran.* Alpes.

α Crocus ſativus C. B. P. florens *Camerar.* Matthiol. Germ. 17. A. ſativus *du Hamel* Act. Acad. Reg. Scient. Par. verſ. Steinwehr. P. VII. 379.

β. Crocus vernus latifolius C. B. P. *de Bry* T. 39. Varietates plures.

HYACINTHUS corollis infundibuli-

for-

formibus ſemiſexfidis baſi ventricoſis L. Sp. 5. orientalis *Camerar.* Matth. Germ. 368. C. *Dodon.* Coronar. 173. Pempt. 216. varietates plures in C. B. Pinace itidem recenſitæ. *Hyacinthen.* Aſia & Africa.

HYACINTHOIDES *Heiſter.* Ind. 1732. Hyacinthus corollis campanulatis ſexpartitis apice revolutis L. Sp. 1. non ſcriptus *Dodon.* Coronar. 172. *Hiſtor. Lugd.* II. 1507. Corolla coerulea, rubente & alba variat. Anglia & Europa calidior.

MVSCARI obſoletiore flore T. *Cluſ.* Hiſt. 178. Hiſpan. 519. Hyacinthus corollis ovatis L. Sp. 6. *Biſam-Trauben-Hyacinth.* Aſia.

Muſcari arvenſe iuncifolium coeruleum minus T. Hyacinthus corollis globoſis uniformibus, foliis canaliculatis cylindricis L. Sp. 9. Neotericorum primus *Dodon.* Coron. 176. coeruleus minor *Tabern.em.* Ic. 625. *Blauer Trauben-Hyacinth.* Italia.

TVBEROSA *Heiſter.* Ind. 1730. POLYANTHES L. Sp. pl. Hyacinthus Indicus tuberoſa radice *de Bry* T. 10. *Cluſ.* H. 176. *Tuberoſen.* India orientalis. Limbo foliorum aurato variat.

β Hyacinthus Indicus tuberoſus flore pleno *Boerhaave*. Ind. alt. Ab ea ſpecie, quæ flore ſimplici eſt, non differt, niſi quod præter conſuetas 5. lacinias maiores, adhuc 2. vel 3. anguſtiores ex tubo corollæ emittat, quæ nihil aliud ſunt, quam totidem filamenta in formam laciniarum corollae monſtroſe mutata, antheris luteis his laciniis haud raro, ut in Canna Indica, lateraliter adhærentibus. Germen & hic ſubrotundum, ſtilus longus craſſus, ſtigmata 2. plana.

TVLBAGHIA *Heiſter*. Brunſvig. 10. Polyanthes floribus umbellatis L. *Hort. Cliff.* Crinum foliis ſublanceolatis planis, corollis obtuſis *Eiusd*. Sp. pl. 4. Hyacinthus Africanus tuberoſus flore coeruleo umbellato *Commel*. H. A. II. F. 67. Hyacintho affinis tuberoſa radice Africana, umbellà coerulea inodora *Plucknet*. *Phytogr*. T. CXCV. F. 1. Caput bonæ ſpei. Spatha areſcens albida bifolia oblonga, a floribus erumpentibus in multas lacinias fiſſa. Flores copioſi umbellati pedunculati horizontales, ſtructura Crini. Color corollæ amoene coeruleus. Filamenta violacea, declinata, ut in

Spreckelia. Antheræ e coeruleo cinereæ, Stilus & Stigma violaceum.

ASPHODELVS caule folioſo, foliis triquetris fiſtuloſis L. Sp. 1. luteus *Dodon.* Coron. 143. *Camerar.* Matth. Germ. 194. C. *Gold Wurtz.* Sicilia.

Aſphodelus caule nudo, foliis ſtrictis ſubulatis ſtriatis ſubfiſtuloſis L. Sp. 2. minor *Cluſ.* H. 197. minor foliis fiſtuloſis I. *Baub.* 2. 631. Figura, non deſcriptio, quæ ratione florum quidem convenit, ratione foliorum vero potius cum Phalangio noſtro annuo. Præſens Aſphodelus in hibernaculo perenoat, folia habet longe anguſtiora & minus carinata, ſed magis ſubulata, ſcapos ſtrictiores, omnibus floris partibus licet tam magnitudine, quam ſtructura & colore cum dicto Phalangio convenientibus. Europa calidior.

HEMEROCALLIS ſcapo ramoſo corollis monopetalis L. Sp. 1. *Aſſodill. Lilie.*

α. Lilio Aſphodelus luteo flore *Cluſ.* H. 137. Hungaria.

β. Lilio Aſphodelus flore croceo rubente *Lauremberg.* 146. Lilium non bulboſum obſoleto colore rubens *Dodon.* Pempt. 204. India.

Hemerocallis ſcapo ſimplici, corollis hexapetalis campanulatis L. Sp. 2. Liliaſtrum Alpinum T. Phalangium Allobrogicum maius *Cluſ.* App. alter. Phalangium Dalechampii *Hiſtor. Lugd.* I. 852.

NARCISSUS ſpatha uniflora, nectarii limbo rotato breviſſimo L. Sp. I. medio purpureus *Dodon.* Pempt. 223. Coron. 189. *Narciſſen.* Gallia & Italia.

β Narciſſus multiplex *Dodon.* Pempt. 225.

Narciſſus ſpatha uniflora, nectarii limbo campanulato erecto petalo æquali L. Sp. 2. luteus ſilveſtris *Dodon.* Coron. 198. Pempt. 227. Anglia. Gallia. Italia.

β Narciſſus flore multiplici *Cluſ.* Hiſpan. 247. *Hiſtor. Lugd.* II. 1525. ſilveſtris multiplex *Dodon.* Pempt. 227.

Narciſſus ſpatha multiflora nectario campanulato brevi, foliis ſubulatis L. Sp. 5. iuncifolius *Dodon.* Coron. 196. Pempt. 226. II. *Cluſ.* H. 159. vulgo *Jonquillen.* Hiſpania. Stamina 3. ſuperiora, & 3. inferiora.

Narciſſus ſpatha multiflora, nectario campanulato foliis planis L. Sp. 6. medio luteus alter *Dodon.* Coron. 191. pleno flore II. *Cluſ.* H. 160. Narciſſus *Laurenberg.* 93. *Tacetten.* Europa calidior.

PAN-

PANCRATIVM ſpatha multiflora foliis enſiformibus, ſtaminibus nectario longioribus L. Sp. 6. Narciſſus marinus *Dodon.* Pempt. 229. tertius Matthioli *de Bry* T. II. Hemerocallis Valentina *Eiusd.* 26. Illyria.

CRINVM corollarum apicibus introrſum unguiculatis L. Sp. 3. Lilio Aſphodelus americanus ſemper virens maximus polyanthes albus *Commel.* rar. F. 14. *Dillen.* Hort. Elth. T. CLX. f. 195. America.

BRVNSVIGIA *Heiſter.* Conf. Scriptum eius Ann. 1753. de hac planta editum.

VERATRVM racemo ſupra decompoſito, corollis erectis L. Sp. I. Elleborus albus *de Bry* T. 88. exalbido flore *Cluſ.* H. 274. Alpes.

Veratrum racemo compoſito, corollis patentiſſimis L. Sp. 2. album *Dodon.* Pempt. 383. Elleborum album *Matthiol.* 755. *Weis Nieswurz.* Hungaria. Iam ceſſat.

ALOE floribus pedunculatis cernuis corymboſis ſubcylindricis L. Sp. I.

α Aloe caulescens maior foliis carinatis unicoloribus viridibus dentatis *Heiſter.* pict. africana mitræformis ſpinoſa *Dillen.* H. Elth. T. XVII. f. 19. Cuius

deſcriptio & figura optime convenit. Folia tamen in noſtra paulo longiora & minus lata, dentibus ſeu ſpinis marginum ex albo flaveſcentibus. Spicæ floridæ utplurimum 3. ſparſæ, ſpecioſæ, pedunculis florum longis. Corollæ trigonæ rubentes.

β. Aloe Africana foliis glaucis margine & dorſi parte ſuperiori ſpinoſis *Commelin.* H. A. II. F. 12. Corollæ pendulæ in ſpica ſpecioſa trigonæ longæ tubulatæ fere rectæ & circa medium tantum nonnihil ventricoſæ ex pallide luteo corallinæ. Stilus longitudine ſtaminum, Stigma ſimplex obtuſum.

γ. Aloe Africana cauleſcens foliis glaucis latioribus undequaque ſpinoſis Commelini *Rai.* Hiſt. T. 3. App. 231.

δ. * Aloe Succotrina anguſtifolia ſpinoſa flore purpureo *Commel.* H. A. I. F. 48. vera minor *Munting.* Aloid. 21. americana ananæ foliis floribus ſuave rubentibus *Pluknet.* Phytogr. T. CCXL. f. 4.

ε. Aloe americana cauleſcens foliis glaucis caulem amplectentibus *Commel.* H. A. II. F. 14. Arboreſcit, folia craſſa ſummitate triangularia, ſpinæ craſſæ albicantes.

ζ. Aloe Africana cauleſcens foliis ſpinoſis

noſis maculis ab utraque parte albicantibus notatis *Commel.* H. A. II. F. 5.

ν. Aloe Africana humilis ſpinis inermibus & verrucis obſita *Commel.* rar. F. 46. Spica florum ſpecioſa. Corollæ tubulatæ triangulares, coloris e corallino multo & pauciori luteo ac viridi mixti, nunc pallidioris, nunc ſaturatioris. Plantæ folia ipſa modo anguſtiora & pallidius viridia, modo in aliis exemplaribus latiora & intenſius viridia.

* Aloe foliis ſpinoſis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis Hort. *Cliffort.* Aloe *Dodon.* Pempt. 359. *Cluſ.* H. CLX. Caracuata Ill. *Piſon.* Hiſt. Nat. utr. Ind. 193. Aloe vera vulgaris *Munting.* Aloid. 19.

Aloe floribus pedunculatis, cernuis racemoſis priſmaticis ore patulo æquali L. Sp. 2. africana humilis folio ex albo & viridi variegato *Commel.* rar. F. 47. *Till.* Hort. Piſan. T. 8. Aethiopia. Quavis fere hyeme in hybernaculo floret.

Aloe floribus pedunculatis, pedunculis ovato cylindricis curvis L. Sp. 3. africana flore rubro, folio maculis ab utraque parte albicantibus notato *Commel.* H. A. II. F. 8.

β. Aloe africana flore rubro, folio triangulari & verrucis ab utraque parte albicantibus notato *Commel.* H. A. II. F. 9. africana ſeſſilis foliis carinatis verrucoſis *Dill.* H. Elth. T. XVIII.

γ. Aloe africana foliis planis coniugatis carinatis verrucoſis, caule & flore corallii colore *Boerh.* Ind. alt. II. 131. africana floribus rubris, tenuiſſimis pediculis, folio plano, margaritifera *Till.* Hort. Piſan. T. 8.

δ. Aloe africana arboreſcens montana non ſpinoſa, folio longiſſimo plicatili, flore rubro *Commelin.* H. A. II. F. 3. Flores in ſpica ſpecioſa. Corollæ fere cylindricæ 2. pollices longæ & unum dimidum amplæ, coloris corallini & flavi, ſummitate vero viridis.

ε. Aloe non ſpinoſa folio plano plicatili maculis parvis ſignato.

Aloe floribus ſeſſilibus horizontalibus infundibuliformibus æqualibus limbo revolutis L. Sp. 4.

α. Aloe Guineenſis radice geniculata foliis e viridi & atro undulatim variegatis *Commel.* H. A. II. F. 20.

β. Aloe Zeylanica pumila foliis variegatis

gatis *Commel.* H. A. II. F. 21. Huius folia conferta & enſiformia omnino ſunt.

Aloe floribus ſeſſilibus ovatis crenatis, ſegmentis interioribus conniventibus L. Sp. 5. africana erecta rotunda, folio parvo & in acumen acutiſſimum exeunte *Dill.* H. Elth. T. XIII. F. 14. Quovis fere anno floret.

Aloe floribus ſeſſilibus triquetris bilabiatis: labio inferiore revoluto L. Sp. 6. africana breviſſimo craſſiſſimoque folio flore viridi *Commel.* H. A. II. F. 6. *Till.* Hort. Piſan. T. 5.

Aloe floribus ſeſſilibus infundibuliformibus bilabiatis, laciniis quinque revolutis, ſumma erecta L. Sp. 7. africana erecta triangularis & triangulari folio viſcoſo *Dill.* H. Elth. T. XIII. F. 13. Quovis fere anno floret.

Aloe floribus ſeſſilibus bilabiatis: labio ſuperiori erecto, inferiori patente L. Sp. 8.

α. Aloe africana margaritifera minor *Commel.* H. A. II. F. 11. *Dillen.* H. Elth. T. XVI. F. 17.

β. Aloe africana margaritifera minima *Dillen.* H. Elth. T. XVI. f. 18. Et hæ ſepius florent.

γ. Aloe

γ. Aloe africana humilis arachnoidea Commelini & *Rai.* Hiſt. 3. App. 231. Spica florum longiſſima tenuis. Bracteæ albæ, corolla alba 6. ſtriis viridibus per longitudinem ſignata, fere ad baſin usque diviſa, figuræ, quali in Commerc. litter. Noric. 1744. T. II. f. 13. exhibetur. Filamenta 6. alba. Antheræ pallide flavæ. Germen viride conico trigonum. Stilus breviſſimus. Stigma obtuſum triangulare.

δ. Aloe afra minima atro viridis ſpinis herbaceis numeroſis armata *Boerh.* Ind. alt. II. 131.

Aloe floribus ſeſſilibus reflexis imbricatis prismaticis L. Sp. 9. africana folio triangulari longiſſimo & anguſtiſſimo, floribus luteis foetidis *Commel.* H. A. II. F. 15.

AGAVE foliis dentato ſpinoſis, ſcapo ramoſo L. Sp. 1. Aloe americana *Camerar.* Hort. T. V. florida *Aldin.* Hort. Farneſ. 94. mucronato folio americana maior *Munting.* Aloid. 3. Aloe *Olear.* Aloid. Hiſt. F. 1. America. Icon & deſcriptio Trewiana Commerc. litter. Nor. 1744. T. III. f. 4. & pag. 321. data cum natura convenit, & ut ibi adnotatur, flore

re aquæ immiſſo, filamenta tortuoſa fiunt. Stilus vero tam celeriter creſcit, ut ſtamina longitudine ſuperet.

β. Aloe americana muricata foliorum margine luteo *Hort. Carols R.*

γ. Aloe americana ex vera cruce foliis anguſtioribus minus glaucis *Commel. H.* A. II. F. 17.

δ. Aloe americana minor *Munting.* Aloid. 31.

Agave foliis integerrimis L. Sp. 2. Aloe americana viridi rigidiſſimo & foetido folio Piet dicta indigenis *Commelin.* H. A. II. F. 18.

YVCCA L. vid. Part. II. de Arbor. Claſſ. XXVIII.

* COLCHICVM foliis planis lanceolatis erectis L. Sp. 1. Colchicum *Blackw.* H. 356. & 357. I. *Bauh.* 2. 649. *Dodon.* Pempt. 460. *Zeitloſen* Z.

β. Colchicum folio argenteo *Chabr.* 228.

γ. Colchicum autumnale anguſtifolium album *Barrel.* Ic. 304.

δ. Colchicum luteum *Tabern.* Herbar. 333.

ε. Colchicum pleno flore *Cluſ.* H. 202.

II.

II. *Floribus monopetalis.*

b) *irregularibus, capſulis trilocularibus.*

*GLADIOLVS foliis enſiformibus, floribus diſtantibus L. Sp. 1. Gladiolus *Lauremberg.* 54. *Dodon.* Coron. 162. Victorialis rotunda *Officin. Rund allermanns Harniſch.* Europa auſtralis.

SPRECKELIA *Heiſter.* Brunsv. 10. Amaryllis ſpatha uniflora, corolla inæquali, genitalibus declinatis L. Sp. 3. Narciſſus Indicus rubro flore *Lobel.* Adverſar. nov. 488. latifolius Indicus rubro flore *Cluſ.* H. 157. Lilio narciſſus Iacobæus flore ſanguineo nutante *Dill.* H. Elth. T. CLXII. F. 196. *Blutb rothe Narciß Lilie* oder *Iacobs Stab.* America meridionalis.

Spreckelia ſpatha biflora, ſtaminibus erectis corolla longioribus. Narciſſus rubeus Indicus *Aldin.* H. Farneſ. 82. Lilium Americanum puniceo flore Bella donna dictum *Herman.* Parad. Batav. 194. Ex capite bonæ ſpei una cum Brunsvigia aliisque raris plantis liliaceis B. HEISTERO ante plures annos transmiſſa circa finem anni 1758. in hibernaculo floruit. Spatha oblonga purpuraſcens. Petala cuiuslibet corollæ 6. inæqualia, 3. exterioribus maioribus, inter ſe

ſe æqualibus, 3. interioribus minoribus, non ſatis æqualibus. Color corollæ ruber ſtriatus. Filamenta 6. eiusdem coloris, ſubulata, initio mire intorta. Antheræ longæ incumbentes flavæ. Germen viride glabrum oblongo trigonum ſub corolla. Stilus ruber filamentis brevior & tenuior. Stigma trigonum obtuſum. Folia plantæ poſt florem erumpunt plana & ſtriis luteis longitudinalibus ornantur, ſcapo florum ipſo ſtriato. Ad Amaryllidem 3. *Linn.* accedit, cujus vero ſpatha multiflora eſt; & in Syſt. Nat. edit. X. vocatur: Amaryllis ſpatha multiflora corollis campanulatis undulatis, petalis duobus inferioribus genitalibusque declinatis *Miller*.

AMARYLLIS ſpatha uniflora, corolla æquali, ſtaminibus declinatis L. Sp. 1. Narciſſus autumnalis maior *Cluſ.* H. 164. Hiſpan. 253. Italia. Hiſpania. Thracia.

Amaryllis ſpatha uniflora, corolla æquali, piſtillo declinato L. Sp. 2. Lilionarciſſus liriflorus Carolinianus, flore albo ſingulari cum rubedine diluto *Plucknet.* Phytogr. T. XLII. f. 3. Lilionarciſſus vernus anguſtifolius flore purpuraſcente *Barrel.* Ic. 994. Narciſſus flore albo

bo exteriori parte rubicundus *Swert.* I. T. 28. Virginia.

CANNA foliis ovatis utrinque acuminatis nervoſis L. Sp. 1. Indica lutea, rubris maculis punctata *Hort. Aichſt.* Aut. O. 2. F. 2. Fig. H. *Blumen Rohr.* India utraque & Africa.

β. Canna Indica *Cluſ.* Hiſp. 329. Hiſt. LXXXI. Canna ſ. arundo Indica quibusdam flos cancri I. *Baub.* 2. 752. Cannacorus flore coccineo ſplendente T. *Haller.* Catalog. Goetting.

Canna foliis lanceolatis petiolatis nervoſis L. Sp. 2. Albara *Piſon.* H. N. 21. Inter tropicos Americæ.

AMOMUM ſcapo nudo ſpica oblonga obtuſa L. Sp. 2. Zingiber latifolium ſilveſtre *Herman* H. L. B. 637. Zerumbet *Rumph.* Amboin P. V. T. LXVIII. Zingiber rhas *Bont.* 289. *Ingwer.* Iam ceſſat.

KÆMPFERIA foliis ovatis ſeſſilibus L. Sp. 2. *Hort. Cliff.* T. III. Wanhem *Kæmpfer.* Amoenit. exot. 902. Sondorus *Rumph.* Amboin. P. V. T. LIX. 2. Galanga *Officin.* *Galgant.* India. Calix nullus, licet in Horto Cliffortiano & apud Rumphium depingatur, ſed flos ex ſpatha erumpit, ita ut ex eadem ſpa-

tha

tha omnibus 3. vel 4. diebus nova prodeat corolla, priori perfectior, quæ poſtquam vix per diem duravit, marceſcit. Corolla monopetala eſt tenerrima candidiſſima, tubo anguſto, limbo ſexfido, quarum laciniarum 5. longiores, una earum anguſta, ſexta brevior & latior cordiformis, coloris eleganter violacei. Partes genitales albæ. Reliqua delineatio & deſcriptio Linnæana, Kæmpferiana & Rumphiana convenit.

* *Kæmpferia* foliis lanceolatis petiolatis L. Sp. 2. Zedoaria rotunda C. B. *Zattwer*. India.

ORDO II.

Floribus utplurimum *tripetalis* fructu a) *biloculari* vel *triloculari*.

COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovato lanceolatis acutis, caule procumbente glabro L. Sp. 1. procumbens annua ſaponariæ folio *Dill.* H. Elth. T. LXXVIII. F. 89. America. Spatha cordata connivens magna perſiſtens. Perianthium parvum triphyllum album. Corolla dipetala magna coerulea. Filamenta 2. longa alba cum antheris coeruleis. Nectaria 4. lutea cruciformia. Stilus albus

 revo-

revolutus. Germen viride ſubrotundum. Iam ceſſat.

Commelina corollis inæqualibus, foliis lanceolatis glabris obtuſis, caule repente L. Sp. 2. procumbens flore luteo *Royen.* Prodr. 538. Aethiopia. Deſcriptio Halleriana Catalog. Goetting. bona.

Commelina corollis inæqualibus, foliis ovato lanceolatis, caule erecto ſimpliciſſimo L. Sp. 4. erecta ampliore ſubcoeruleo flore *Dill.* H. Elth. T. LXXVII. F. 88. Virginia.

Commelina corollis æqualibus, foliis ovato lanceolatis ſubciliatis L. Sp. 5. radice Anacampſerotis *Dill.* H. Elth. T. LXXIX. F. 90. Mexico. Spatha ut in priori ſpecie. Perianthium viride parvum triphyllum. Corolla magna tripetala coerulea. Filamenta 3. eiusdem ſplendidi coloris, cum totidem antheris. Nectaria lutea 3. Stilus coeruleus revolutus. Germen viride gibbum e rotundo acuminatum. Ex his inconſtantia partium ſexualium in huius generis ſpeciebus abunde patet.

TRADESCANTIA L. Sp. pl. *Tage Kraut.*

α. Ephemerum Virginianum flore coeruleo minori T.

β. Ephe-

Google

β. Ephemerum Virginianum flore albo minori T.

TRIGLOCHIN capſulis trilocularibus, ſublinearibus L. Sp. I. Gramen triglochin l. *Bauh.* 2. 508. iunceum ſpicatum *Tabernæm.* Ic. 224. ♃

b) *ſexloculari.*

STRATIOTES foliis enſiformi triangulis ciliato aculeatis L. Sp. I. Aloides *Boerhav.* Ind. alt. Stratiotes aquaticus *Hiſtor. Lugd.* l. 1061. Sedum aquatile, ſive Stratiotes potamios *Dodon.* Pempt. 588. 589. *Waſſer Aloe.* Novas icones & deſcriptiones exhibuerunt *de Bergen* de Aloid. 1753. & Nov. Act. Phyſic. Med. A. N. C. T. II. Obſerv. XXXIX. & *Zinn* Comment. Societ. Reg. Sc. Goettíng. Tom. III. 125. & ſeqq. cuius adnotata omnium accuratiſſima ſunt, & quod hæc planta ad dioeciam pertineat, vere aſſerunt, ut menſe Iunio 1762. autopſia cognovi. ♃

ORDO III.

Floribus *hexapetalis nudis* ſine *perianthio.*

a) capſulis *ſimplicibus trilocularibus.*

ERYTHRONIVM L. Sp. pl. *Gmelin.*

Fl. Sibiric. I. T. VII. Dens caninus *Dodon.* Pempt. 203. Satyrium erythronium dente canino *Tabernæm.* Ic. 652. Pſeudo Hermodactylus *Camerar.* Matth. Germ. 389. Dens caninus *Lauremberg.* 48. Dentali *Cluſ.* H. 266. *Hundszahn.* Italia. Sibiria.

TULIPA flore ſubnutante, foliis lanceolatis L. Sp. 1. minor *Dodon.* Coron. 207. præcox flava *Chabr.* 228. *Tulpe.*

Tulipa flore erecto, foliis ovato lanceolatis L. Sp. 2. Tulipa *Lauremberg.* 116. *Dodon.* Coronar. 205. Pempt. 231. Cappadocia. Varietates plures elegantiſſimæ apud Swertium & in Horto Aichſtattenſi ex parte delineatæ.

FRITILLARIA racemo comoſo inferne nudo, foliis integerrimis L. Sp. 1. Petilium foliis caulinis *Hort. Cliffort.* Corona imperialis *Dodon.* Pempt. 202. *Lauremberg.* 38. *Tabernæm.* Ic. 637. Tuſai ſ. Lilium Perſicum *de Bry* T. 1. *Kayſer-Cronen.* Caput bonæ Spei.

β. Corona imperialis flore pleno T.

γ. Corona imperialis flore pulchre luteo T.

Fritillaria foliis omnibus alternis L. Sp. 5. Meleagris *Dodon.* Pempt. 233.

Bret-

Brettſpiel Blumen. Gallia. Italia. Varietates plures, c. gr.

Fritillaria minor ex atro purpureo & luteo viridi variegata.

Fritillaria alba hinc inde ſordide purpurea & flaveſcens.

Fritillaria ex atro purpureo flaveſcens minor.

Fritillaria anguſtifolia, petalis anguſtis & longis, facie concava purpureo colore teſſellatis. Et aliæ apud Swertium & in Horto Aichſtattenſi delineatæ.

VFFENBACHIA *Heiſter. Vvularia.* foliis perfoliatis L. Sp. 2. Polygonatum ramoſum flore luteo maius *Barrel.* Ic. 723. Canada.

* LILIVM foliis ſparſis, corollis campanulatis, intus glabris L. Sp. 1. candidum *Laurenberg.* 79. *Dodon.* Coronar. 122. *Weiſe Lilien.* Palæſtina. Syria.

β. Lilium flore lineis purpureis variegato *Hortulan. Angl.* T. XII.

Lilium foliis ſparſis, corollis campanulatis erectis intus ſcabris L. Sp. 2. purpureum maius & minus *Dodon.* Coron. 125. & 128. rubrum *Geſner.* Oper. P. I. T. XI. F. XCI. *Tabernæm.* H. 350. *Feuer Lilien.* Italia. Siberia.

Lilium foliis ſparſis lanceolatis, floribus reflexis, corollis revolutis L Sp 4. rubrum ſeu miniatum Byzantinum *Cluſ.* H. 131 *Türckiſcher Bund.* Perſia. Petalorum Nectaria ſulcata barbata

Lilium foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis L. Sp 5 montanum ſilveſtre maius & minus *Cluſ* H 134 ♃

β Lilium montanum flore pleno *Dodart.* T. XX.

Lilium foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis campanulatis L Sp 6 montanum flavo flore maculis diſtincto *Cluſ.* H CCLVI. Lilio Martagon Canadenſe luteum maculis purpureis *Barrel.* Ic 125.

CELSIA *Heiſter* ORNITHOGALVM ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplicibus L Sp 1 Bulbus ſilveſtris *Fuchſ* 170. Stellaris *Dill.* Catalog. Gieſſ. App *Acker Zwiebel.* ♃

Ornithogalum racemo longiſſimo, foliis lanceolato-enſiformibus L Sp 6. Ornithogalum vel Lilium Alexandrinum floribus albis innumerabilibus *Swert.* 58. *Hübner Milch.* Aegyptus.

Ornithogalum floribus corymboſis, pedunculis ſcapo altioribus, filamentis emarginatis L. Sp. 9. Bulbus Leucanthemus mi-

minor ſeu Ornithogalum *Dodon* Pempt. 221 *Hiſtor Lugd* 1582 Germania. Gallia.

STELLASTER *Heiſter.* Scylla radice ſolida, floribus erectiuſculis paucioribus L. Sp 6 Hyacinthus coeruleus mas minor *Fuchſ.* H 837. ſtellaris bifolius Germanicus *de Bry* T. 17. *Stern-Hyacinth.* Germania. Gallia.

* SCILLA radice tunicata L Sp I. hiſpanica *Cluſ.* H 171. *Meerzwibel* Iam ceſſat.

Scilla radice ſolida, corymbo contorto conico L. Sp. 4 Hyacinthus ſtellatus Peruanus *Cluſ.* H. 182 Luſitania.

Mentio mihi nunc facienda plantæ bulboſæ alius ad B. HEISTERVM quondam ex capite bonæ ſpei cum aliis miſſæ, quæ per totos 3. menſes priores anni 1760 in hypocauſto meo floruit lætiſſime, & ſemina matura tulit, ex quibus aliquot novellas plantas educavi; & quæ nunc menſe Ianuario 1763 iterum ſcapum floridum adhuc vegetiorem ex eodem bulbo protrudit. Hæc cum proxime antecedente Scilla ratione radicis convenit, quod vero ad florum figuram & ſtructuram attinet, peculiare genus conſtituere videtur, ex charactere Aloes & Hyacinthi compoſitum, nec ullibi eius Iconem

 ad-

adhuc deprehendi Exprimit illa, ſi radicem & ſcapum etiam florigerum reſpiciam, ſatis exacte Hyacinthum Peruanum, foliis vero cum Hæmantho colchici folio Dilleniano convenit, ſed quod ad ſpicam floridam, corollarumque multitudinem, ſitum, figuram & ſtructuram pertinet, Aloes africanæ, folio triangulo longiſſimo & anguſtiſſimo, floribus luteis foetidis *Commel.*H.A.II.F.15. ſimillima eſt. Radix enim bulboſa, coloris e fuſco violacei, pugnum craſſa, e baſi multas fibras emittit, inſtar antecedentis plantæ Folia unum cum dimidio pedem longa, & ad 3. digitos transverſos lata, medio ſulcata, ſummitate repanda, in utroque margine undulata, intenſe viridia, numero 6. tribus exterius ſitis, & tribus magis interius. Scapus floriger usque ad ſpicæ floridæ initum ultra 2. pedes longus, & prope baſin pollicem dimidium craſſus, ſummitate paulo tantum tenuior, ex cylindrico nonnihil angulatus viridis, ſed multis parvis punctis obſolete puniceis variegatus. Spica florum manum transverſam longa, & tres digitos craſſa, multiflora, corollis infimis primo ad perfectionem venientibus, deinde quæ proxime ſuperiores

ſunt.

ſunt. Longitudo cuiuslibet corollæ 3. digitorum transverſorum, medio gibbæ, ſed ſummitate amplioris, & dimidium transverſi digiti minoris æquantis, deorſum pendulæ, pedunculatæ & folio florali tantum ſtipatæ. Color eſt ex multo pallide roſeo & pauco viridi & albo eleganter variegatus. Limbus cuiuslibet corollæ inferioris in 8. lacinias ovato obtuſas, fere æquales, vix 2. vel 3. lineas longas, dividitur. Filamenta his ſunt 8. alba ſubulata, corolla paulo breviora, eique intus adnata. Antheræ parvæ virentes oblongæ erecto nutantes, baſi bifidæ. Germen in fundo corollæ ovato oblongum octangulare viride utriculatum, ut fructus Colchici. Stilus albidus ſubulatus, longitudine ſtaminum. Stigma obtuſum inæquale. Germen perfectius quadrifloculare, multis embryonibus ovato cylindricis, altero extremo magis globoſis, foetum. Et ſic quidem corollæ inferiores ſe habent. Eiusdem vero ſpicæ florum corollæ pleræque ſuperiores non ſolum paulo anguſtiores, ſed etiam limbo ſexſido tantum ſunt, & ad hexandriam monogyniam ratione ſexus pertinent, germine triloculari tan-

ſum. Odor florum, qui ultra 14. dies vigent, nullus. Corollæ exarere incipientes ſe claudunt, & germen indies magis intumeſcens continent, donec ab illo turgeſcente disrumpantur. Capſulæ ſeminales maturæ magnæ inflatæ trialares & triloculares, quavis ala ex 2. valvis conſtante, quæ ut plurimum unicum tantum ſemen maturum nigricans includunt, & denique ſponte hiant, ſemine firmiter adnexo manente.

ANTHERICUM foliis planis, ſcapo ramoſo, corollis planis L. Sp. 2. Phalangium ramoſum *Tabern.* Ic. 244. *Dodon.* Pempt. 106. Phalangium *Camer.* Matth. Germ. 195. C. *Weiſſer Widerthon.* ♃

Anthericum foliis planis, ſcapo ſimpliciſſimo L. Sp. 3. Phalangium non ramoſum *Tabernæm.* Ic. 245. *Dodon.* Pempt. 106. *Erd Spinnenkraut.* ♃

Anthericum foliis carnoſis teretibus, caule fruticoſo L. Sp. 4. Phalangium Capenſe cauleſcens foliis cepitiis ſuccoſis *Dillen.* H. Elth. T. CCXXXI. F. 298. Caput bonæ ſpei.

Anthericum foliis carnoſis ſubulatis planiuſculis L. Sp. 5. Phalangium Capenſe ſeſſile, foliis aloeformibus pulpoſis *Dil-*

Dillen. H. Elth. CCXXXII. F. 300. Ibidem.

Anthericum (Phalangium) parvo flore ramoſum, foliis fiſtuloſis annuum *Hermann.* H. L. B.

Anthericum novum ex capite bonæ ſpei. Nondum floruit.

GEMMINGIA *Heiſter.* *Ixia* foliis enſiformibus, floribus remotis L. Sp. 2. & *Trew.* Icon. pl. ſelect. T. LII. India.

Ixia floribus capitatis, ſpathis laceris L. Sp. 1. Bermudiana Capenſis capitulis lanuginoſis *Petiver.* Hort. Sicc 242 17. apud *Rai.* Hiſt. pl. T. 3. Caput bonæ ſpei.

SISYRINCHIVM caule foliiſque ancipitibus L. Sp. 1. coeruleum parvum gladiato caule virginianum *Plucknet.* Phytogr. T. LXI. F. 1. Bermudiana graminea flore minore coeruleo *Dillen.* H. Elth. T. XLI. F. 49.

b) *Capſulis* 6. & calyce trifolio

BVTOMVS L. Sp. pl. flore roſeo T. Iuncus floridus *Camerar.* Matth. Germ. 361. C. Gladiolus aquatilis *Dodon.* Pempt. 600. *Blumen Binſen.* ♃

ORDO IV.

Floribus e vagina ſen ſpatha emergentibus

a) non in capitulum compactis

GA-

GALANTHVS L. Sp. pl. Leucoium bulboſum minus triphyllum *Chabr.* 211. *Dodon.* Coron. 200. *Schnee Blümgen.* Auſtria. Italia.

β. Galanthus flore pleno. Petala maiora 6. quorum 3. candida & longiora apice obtuſa compreſſa, 3. vero breviora apice bifida, & per medium faciei internæ viride ſtriata. Præter hæc vero adhuc ultra 30. petala minora craſſiora cordiformia viride ſtriata, & eis plane ſimilia, quæ in antecedente Galantho Nectarium conſtituunt, adſunt. Stamina nulla, ſed ex his petalis minoribus 6. ſunt, quorum cuilibet in faciei internæ medio inſidet anthera coloris aurantii. Stilus & ſtigma nullum.

LEVCOIVM ſpatha uniflora, ſtilo clavato L. Sp. 1. bulboſum *Cluſ.* H. 168. bulboſum hexaphyllum *Dodon.* Coron. 202. vulgare *Swert.* T. 20. F. 5. Nivaria *Heiſter.* *Schnee Blümgen.* *Schnee Troepſgen.* ♃

β. Narciſſulus *Heiſter.* Narciſſo Lyrium maius præcox album *Swert.* Florileg. T. 20. f. 3. Scapus unicus. Flores ſingulares prodeunt.

b) in capitulum ſphæricum compactis

1) Fo-

1) Foliis cavis cylindricis fiſtuloſis.
* CEPA *Laurenberg.* 26. oblonga *Dodon.* Pempt. 687. capitata *Camerar.* Matth. Germ. 170. Allium ſcapo nudo folia æquante, foliis teretibus ventricoſis L. Sp. 27. *Zwiebel.*

β. Cepa tenuifolia ſphærocephalos purpuraſcens T. Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis fiſtuloſis, ſpica ſphærica non bulbifera ſuave rubente *Haller.* All. 10. caule ſubteretifolio umbellifero, pedunculis exterioribus brevioribus, ſtaminibus tricuſpidatis L. Sp 15. Helvetia. Deſcriptio Halleriana exacta.

Cepa ſectilis iuncifolia perennis *Boerh.* Ind. alt. Schoenopraſum *Dodon.* Pempt. 689. Porrum ſectile *Camer.* Matth Germ. 169 Allium ſcapo nudo adæquante folia teretia ſubulato filiformia L. Sp. 20. *Schnitt-Lauch.*

2) *planis*, radicibus

a) ex ſimplici bulbo conſtantibus

* PORRVM *Dodon* Pempt. 688. *Camerar* Matth Germ 169 Allium caule planifolio umbellifero, ſtaminibus tricuſpidatis, radice tunicata L. Sp. 2. *Lauch.*

b) ex diverſis bulbis compactis

* ALLIVM *Camerar.* Matth. Germ. 171.

171. C. caule planifolio bulbifero, radice compoſita, ſtaminibus tricuſpidatis L. Sp. 10. *Knoblauch* Sicilia.

Allium caule planifolio umbellifero, umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis, corolla longioribus L. Sp. 3. Porrum caule teretifolio, foliis linearibus planis, umbella globoſa, ſtaminibus corolla longioribus *Gmelin*. Fl. Sibir. I. T. XIII. & XIV. F. 1.

* *Allium* caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis, vaginis ancipitibus, ſtaminibus tricuſpidatis L. Sp. 11. ſtaminibus alterne trifidis, capite bulbifero, ſcapo ante maturitatem contorto *Haller*. All. 2. & in *Rupp*. Flor. Ien. T. II. Scorodopraſum H. *Cluſ*. H. 191. Allii genus Ophioſcorodon dictum quibusdam 1. *Bauh*. 2. 559 Pannonia.

Allium ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus planis, ſtaminibus tricuſpidatis L. Sp. 20. ſcapo ancipiti, antequam floruerit, nutante, foliis enſiformibus hinc paulo convexioribus *Gmelin* Fl. Sibir. T. XII.

Allium ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus ſubtus convexis, lævibus, umbella ſubrotunda, ſtaminibus ſubulatis L. Sp. 21. caule ancipiti teretiuſculo, foliis enſi-

for-

formibus, hinc paulo convexioribus *Gmelin* Fl. Sibir. I. T. XI. F. 2.

* *Allium* ſcapo nudo ſemicylindrico, foliis lanceolatis petiolatis, umbella faſtigiata L. Sp. 23. urſinum *Dodon.* Pempt 683 *Camerar.* Matth. Germ. 137. *Bæhren Knoblauch.* ♃

MOLY liliflorum Lobelii *Hiſtor. Lugd.* II. 1593 Theophraſti *Cluſ.* H 191. Allium caule planifolio umbellifero, foliis inferioribus hirſutis, ſtaminibus ſubulatis L. Sp 5 Africa. Italia. Hiſpania.

Moly montanum latifolium flavo flore *Cluſ.* App. alt luteum *Lobel* Adverſ nov. 501 Allium caule tereti umbellifero, umbella globoſa, ſtaminibus ſubulatis L. Sp 17. Pannonia.

* *Moly* Alpinum latifolium caule maculato *Rupp* Allium anguinum *Camerar.* M G 173 Victorialis longa *Cluſ* H 189. Allium radice oblonga, reticulo obducta *Haller.* All. 20. caule planifolio umbellifero, umbella globoſa, ſtaminibus lanceolatis corolla longioribus L. Sp. 4. *Lang Allermanns Harniſch.* Alpes.

ORDO V.

Floribus *enneapetaloidibus.*

1) fo-

1) foliis *planis enſiformibus*, radicibus tuberoſis.

* IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro L. Sp. 2. vulgaris Germanica ſ ſilveſtris *Fuchſ.* 317. *Tabernæm.* Ic. 643. *Schwertel* ♃

β Iris hortenſis latifolia, petalis pendulis purpuro violaceis erectis coeruleis *Boerh.* Ind. alt. latifolia maior *Cluſ.* H. 219. aſiatica purpurea maior latifolia I. *Bauh.* 2. 217.

γ. * Iris alba Florentina C B. P. flore albo I. *Bauh.* 2. 719. *Viol Wurtz.*

Iris corollis barbatis, caule foliis longiore unifloro L. Sp. 1. Suſiana maior variegata *Swert.* T. 38. minor *Eusd.* T. 39. latifolia maior *Cluſ* H 217. Oriens.

* *Iris* corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus L. Sp. 7. paluſtris lutea *Tabernæm.* Ic. 643. Acorum officin. *Fuchſ.* 12. Acorus adulterinus C. B. P. ♃

* *Iris* corollis imberbibus, petalis internis longitudine ſtigmatis, foliis enſiformibus, L. Sp. 9. Xyris *Camerar.* Matth. Germ. 339. C. Lobelii *Hiſtor. Lugd* II. 1621. Spatula foetida *Fuchſ.* 794. *Tabern.* Ic. 650. *Wandlæus Kraut.* Gal-

Gallia. Anglia. Hetruria. Variat foliis ex viridi & albo ſtriatis.

Iris corollis barbatis, caule ſubfolioſo longitudine foliorum multifloro L. Sp. 4. lutea, foliis florum repandis variegatis *J. Bauh.* 2. 720. maior latifolia XV. *Cluſ.* H. 221. Pannonia.

β. Iris latifolia erecta, petalis erectis albis, repandis coeruleis, in baſi ex albo ſtriatis.

γ. Iris latifolia erecta, petalis repandis ex violaceo purpureis, erectis violaceis, utriſque in baſi ex albo ſtriatis.

δ. Iris latifolia erecta, petalis repandis ex pallide livido, coeruleo & fuſco ſtriatis, erectis pallidiſſime flavis, baſi itidem e fuſco ſtriatis.

Iris corollis barbatis, caule foliis breviore multifloro L. Sp. 5. Luſitania.

α. Iris latifolia humilis præcox, florum petalis erectis pallide luteis, repandis venis puniceis variegatis *Hort. CarolsR.*

β. Iris humilis latifolia præcox, flore pallide luteo *Hort. CarolsR.*

γ. Iris latifolia humilis præcox, flore dilute coeruleo *Hort. CarolsR.*

δ. Iris latifolia humilis præcox, flore ſaturate coeruleo.

C *Iris*

Iris corollis imberbibus, germinibus ſexangularibus, caule ancipiti, foliis linearibus L. Sp. 13. humilis minor flore variegato *Hortulan. Angl.* T. 12.

Iris corollis imberbibus, foliis canaliculatis, bulbis geminis ſuperimpoſitis L. Sp. 18. Siſyrinchium minus *Cluſ.* H. 216. Hiſpania. Luſitania.

2) foliis *carinatis* & radicibus *bulboſis*

IRIASTRVM *Heiſter.* XIPHIVM perſicum præcox, flore variegato T. Iris corollis imberbibus, foliis ſubulato canaliculatis, caule longioribus L. Sp. 17. perſica variegata *Ferran.* Flor. Cult. 152. perſica variegata præcox *Dollart.* T. XVIII.

Xiphium latifolium, caule donatum T. Iris corollis imberbibus, foliis ſubulato canaliculatis, caule brevioribus L. Sp. 16. bulboſa *Dodon.* Coronar. 167. Hiſpania.

B. Xiphium anguſtifolium T. Iris bulboſa III. ſive verſicolor *Cluſ.* H. 211. bulboſa Luſitanica *Dodon.* Pempt. 211. bulboſa anguſtifolia, flore vario *Hiſtor. Lugd.* II. 1615.

3) foliis *quadrangulis.*

* HERMODACTYLVS verus *Camer.* Matth. Germ. 389. *Hiſt. Lugd.* II. 1573.

Iris corollis imberbibus, foliis tetragonis L. Sp. 15. Arabia & Oriens.

ORDO VI.

Floribus *perſonatis* ſive plantæ *Orchideæ.*

Harum plantarum, ſoli natalis unice amantium, & methodi cauſſa tantummodo hic commemorandarum, pleræque, quæ Germaniæ indigenæ ſunt, in vicinia noſtra cum ſuis ſpeciebus itidem occurrunt, e. gr.

ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longiſſimo, petalis patentibus L. Sp. 3. alba bifolia minor calcari oblongo C. B. P. *Vaillant.* Botan. Pariſ. T. XXX. F. 7.

Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido, crenulato: cornu obtuſo L. Sp. 8. minor purpurea & aliorum colorum cum alis virentibus I. *Bauh.* 2. 761. morio femina C. B. P. *Vaillant.* T. XXXI. F. 13. 14.

β. Orchis morio mas, foliis maculatis C. B. P. *Vaillant.* T. XXXI. F. 11. 12. Teſticulus IV. *Camerar.* Matth. Germ. 303. C. *Knaben Kraut.*

γ. Orchis morio mas, foliis non maculatis C. B. P. *Vaillant.* T. XXXI. F. 11.

& 12. maior tota purpurea non maculata I. *Bauh.* 2. 760.

Orchis bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breviore: labio plano, petalis dorſalibus erectis L. Sp. 12. palmata pratenſis maculata C. B. P. *Vaillant.* Pariſ. T. XXX. F. 9. & 10. palmata anguſtifolia maculata I. *Bauh.* 2. 777. Folia Martagi & æque ac ſcapus florum maculis anguſtis puniceis eleganter variegata. Corolla purpureo violacea, medio labii inferioris nectarii albicante.

Orchis bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus L. Sp. 11. palmata pratenſis latifolia, longis calcaribus C. B. P. *Vaillant.* Botan. Par. T. XXXI. F. 1. & ſeqq. Satyrium Baſilicum mas *Dodon.* Pempt. 240. Palma Chriſti mas I. *Tabernæm.* Ic. 679.

OPHRIS bulbis fibroſo faſciculatis, caule vaginato, nectarii labio bifido L. Sp. 1. Neottia *Dodon.* Pempt. 533. Nidus avis *Hiſt. Lugd.* I. 1073. *Vogelneſt.*

Ophris ſpiralis ſ. bulbis aggregatis oblongis, caule ſubfolioſo, floribus ſecundis, nectarii labio indiviſo L. Sp. 3. Orchis odorata *Dodon.* Coron. 224. Teſticulus

culus odoratus maior & minor *Eiusd.* Pempt. 239. *Herzendrath.*

**Ophris* bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido L. Sp. 5. Ophris *Fuchſ.* 566. bifolia *Camerar.* Matth. Germ. 421. C. *Zweyblatt.*

SERAPIAS bulbis fibroſis, nectarii labio obtuſo crenato petalis breviore L. Sp. 1. Damaſonium flore herbaceo, intus nonnihil candicante I. *Bauh.* 3. 517. Helleborine anguſtifolia *Tabern.* Icon. 725. *Wild Nieswurtz.*

CALCEOLARIA *Heiſter.* CYPRIPEDIVM radicibus fibroſis, foliis ovato lanceolatis caulinis L. Sp. 1. Calceolus Marianus *Dodon.* Pempt. 180. Elleborine ferruginea Dalechampii *Hiſt. Lugd.* II. 1146. *Frauen-Schuh.*

CLASSIS II.

ORDO I.

I. MONOCOTYLEDONES FRVCTIBVS S. CAPSVLIS HVMIDIS ET COLORATIS PARVIS ROTVNDIS VEL OBLONGIS S. BACCIS QVÆ MONOCOTYLEDONES BACCIFERÆ.

I. Floribus *monopetalis*

a) *regularibus quadrifidis*

VALENTINIA *Heiſter.* Convallaria

 folüs

foliis cordatis L. Sp. 8. Vnifolium *Dodon.* Pempt. 265. *Tabernæm.* Ic. 754. *Einblatt.* ♃

b) *regularibus ſexfidis*

* CONVALLARIA ſcapo nudo L. Sp. 1. Lilium convallium *Dodon.* Pempt. 205. *Camerar.* Matth. Germ. 286. C. *Tabern.* Ic. 754. *Mayblumen.* ♃

β. Lilium convallium flore pleno.

γ. Lilium convallium rubrum *Tabern.* Ic. 755. floribus ſuave rubentibus *Swert.* II. T. 7.

* SALOMONIA *Heiſter.* Convallaria foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus unifloris L. Sp. 3. Polygonatum vulgo ſigillum Salomonis I. *Bauh.* 3. 529. *Dodon.* Pempt. 345. maius & minus *Camerar.* Matth. Germ. 325. *Weiswurtz.* ♃

β. Sigillum Salomonis flore pleno *Dodart.* T. XXXI. Corolla in 6. lacinias ſecta. Partes genitales integræ. Filamenta nonnihil tortuoſa.

γ. Polygonatum II. latiore folio *Cluſ.* H. 275. latifolium flore maiore odoro *Barrel.* Ic. 711. ♃

Salomonia ſ. Convallaria foliis verticillatis L. Sp. 2. Polygonatum anguſtifolium *Fuchſ.* 586. alterum *Dodon.* Pempt. 345. ♃

HÆ-

HÆMANTHVS foliis lanceolatis undulatis L. Sp. 2. Orchis ſ. Satyrion e Guinea *Swert.* I. 62. Hæmanthus colchici foliis, perianthio herbaceo *Dill.* H. Elth. T. CXL. F. 167. *Trew.* Ic. pl. ſel. T. XLIV. *Blutblume.* Caput bonæ ſpei.

RVSCVS foliis ſubtus floriferis ſub foliolo L. Sp. 3. Hippogloſſum *Matthiol.* 741. *Camerar.* Matth. Germ. 415. Vvularia *Officin.* *Zapfen-Kraut.* Hungaria, Italia. Flores 2. 3. una ex foliorum dorſo enaſcuntur, folio minori adpoſito, pedunculati. Calix dilute viridis hexaphyllus, 3. foliolis exterioribus lingulatis, oblongo obtuſis, marginatis reflexis, 3. interioribus minoribus, erectis anguſtiſſimis, margine reflexis. Nectarium violaceum cylindrico utriculatum ore dehiſcens, cui 3. antheræ inſident eiusdem coloris, baſi connatæ. Nectario ope acus fiſſo, deprehenditur ſtilus albo violaceus obtuſus dimidium nectarii longus. Baſis nectarii viridis & globoſa eſt, ac fortaſſe germen includit. Fructus vero hucusque nullus.

Ruſcus racemo terminali hermaphroditico L. Sp. 5. Laurus Alexandrina ramoſa, fructu e ſummitate caulium prodeunte *Hermann.* H. L. B. 681.

SMILAX caule aculeato angulato, foliis dentato aculeatis cordatis L. Sp. 1. aſpera *Dodon.* Pempt. 398. aſpera fructu rubente *Cluſ.* Hiſpan. 219. *Vesling.* ad Proſp. Alpin. Aegypt. 78. *Camer.* Matth. Germ. 449. *Stechwinde.* Iam ceſſat.

Smilax caule aculeato angulato, foliis inermibus ſagittatis L. Sp. 2. orientalis, ſarmentis aculeatis excelſas arbores ſcandens, foliis non ſpinoſis T. Coroll. Oriens.

Smilax caule inermi angulato, foliis inermibus ovatis L. Sp. 11. lævis marilandica, foliis hederæ nervoſis, prælongis pediculis inſidentibus, floſculis minimis, in umbellam parvam congeſtis *Rai.* H. 3. 345. Virginia. Marilandia.

* ASPARAGUS caule herbaceo erecto, foliis ſetaceis ſtipulis paribus L. Sp. 1. ſativus *Dodon.* Pempt. 703. *Hiſt. Lugd.* 1. 610. *Spargel.*

Aſparagus aculeis ſolitariis, ramis reflexis retrofractisque, foliis faſciculatis L. Sp. 4. africanus tenuifolius viminalibus virgis, foliis laricis inſtar ex uno puncto numeroſis, ſtellatim diſpoſitis Pluckenetii *Boerh.* Ind. alt.

Aſparagus ſpinis lateralibus terminalibusque, ramis adgregatis, foliis faſciculatis

latis L. Sp. 9. Corruda I. *Bauh.* 3. 424. prior *Cluſ.* H. CLXXVII. Hiſpania. Sicilia.

MEDEOLA foliis alternis L. Sp. 3. Aſparagus Africanus ſcandens, myrti folio anguſtiore *Till.* H. Piſan. T. 12. Definitio Linnæana convenit. Petala corollæ medio viridia, margine albicantia. Filamenta viridia. Antheræ aurantiæ.

c) *irregularibus* & quaſi *auritis*

* ARVM foliis pedatis, foliolis lanceolatis integerrimis æquantibus ſpatham ſpadice longiorem L. Sp. I. Dracontium *Dodon.* Pempt. 328. Dracunculus minor *Camerar.* Matth. Germ. 190. *Drachenwurtz.* Europa auſtralis.

Arum acaule, foliis peltatis ovatis integerrimis, baſi ſemibifidis L. Sp. 6. Colocaſia *Cluſ.* Hiſp. 300. ægyptia florida *Vesling.* 38. rotunda craſſaque radice *Barrel.* Ic. 668. ægyptia *Camer.* Matth. Germ. 121. C. Colocaſia *Bont.* 144.

β. Colocaſia ſtongylorrhiza zeylanica, pediculis & limbis foliorum atropuniceis *Hermann.* Par. Bat. 85.

* *Arum* acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clavato L. Sp. 12. Arum *Laurember*g. 140. *Geſner.* Oper. I. T. 17. f. 150. *Dodon.* Pempt. 328. *Aronwurtz.* ♃

1. AROIDES *Heiſter.* CALLA foliis ſagittato cordatis, ſpatha cucullata, ſpadice ſuperne maſculo L. Sp. 1. Arum æthiopicum flore albo odorato, moſchum olente *Commel.* H. Amſt. I. F. 50.

2. *Calla* foliis cordatis, ſpatha plana, ſpadice undique hermaphrodito L. Sp. 2. Hydropiper rubeum *Fuchſ.* 844. Dracunculus aquaticus *Dodon.* Pempt. 331. paluſtris Polonicus *Barrel.* Ic. 574. ♃ Tota planta cum Calla æthiopica multum ſimilitudinis alit, ſed folia minus longa, ſpatha quidem alba, ſed minor & planior, & in ſpadice undique hermaphrodito ſtigmata obtuſa fuſca.

2) Floribus *tetrapetalis*

* PARIS L. Sp. pl. Herba Paris *Dodon.* Pempt. 444. Aconitum ſalutiferum *Tabern.* Ic. 720. *Einbeer* ♃

II. MONOCOTYLEDONES POMIFERÆ FRVCTIBVS SVBROTVNDIS VEL OBLONGIS.

* BROMELIA foliis ciliato ſpinoſis mucronatis, ſpica comoſa L. Sp. 1. Ananas *Commelin.* H. A. I. F. 57. *Lochner.* T. I. aculeatus, fructu ovato, carne albida *Trew.* Ic. pl. ſel. T. II. Anaſſa *Rumph.* Amboin. P. V. T. LXXXI. Nova Hiſpania. Surinamum.

β. Ana-

β. Ananas aculeatus, fructu pyramidato, carne rubra *Walther* Hort.

Monocotyledones apetalæ. vid. Claſſ. XXII. de *Graminibus*.

EXERCITVS I. LEGIONIS II.

CLASSIS I.

POLYCOTYLEDONES PLERVMQVE DICOTYLEDONES GYMNOMONOSPERMÆ.

ORDO I.

Floribus *monopetalis quinquifidis*.

VALERIANA floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis L. Sp. 1. rubra *Camerar*. Matth. Germ. 10. C. *Dodon*. Pempt 351. Gallia. Helveria. Italia.

Valeriana floribus monandris, foliis pinnatifidis L. Sp. 2. foliis Calcitrapæ C. B. P. annua ſ. æſtiva *Cluſ*. H. LIV. Phu minimum *Camer*. Matth. Germ 10. C. Luſitania. Flores diſpoſiti, ut in Limoniis, ſtigma trifidum. Semina papposa.

Valeriana floribus diandris ringentibus, foliis ovatis ſeſſilibus L. Sp. 3. minor cornucopioides rubra Hiſpanica *Barrel*. Ic. 741. II. Indica *Cluſ*. H. LIV.

Valeriana floribus triandris dioecis, fo-

lii-

liis pinnatis L. Sp. 4. exigua *Trag.* 62. minima *Dodon.* Pempt. 350. ♃

* *Valeriana* floribus triandris, foliis omnibus pinnatis L. Sp. 5. ſilveſtris *Dodon.* Pempt. 349. ſilveſtris I. *Cluſ.* H. LVI Phu minus *Camerar.* Matth. Germ. 10. C. *Gemein Baldrian.* ♃

* *Valeriana* floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indiviſis L. Sp. 6. maior odorata radice I. *Bauh.* 3. 209: hortenſis *Dodon.* Pempt. 349. Phu *Camerar.* Matth. Germ. 10. *Baldrian.* Alſatia.

Valeriana floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus L. Sp. 14.

* α. Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis integris, fructu ſimplici *Hort. Cliff.* Lactuca agnina *Tabernæm.* Ic. 167. *Læmmer Lattich.* ♃

β. *Valeriana* caule dichotomo, foliis lanceolatis ſerratis, calycibus inflatis *Hort. Cliff.* Valerianella cretica fructu veſicario T. Coroll. *Boerh.* Ind. alt. I. 75.

γ. Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu ſexdentato *Hort. Cliff.* ſemine ſtellato C. B. P. Luſitania. Stigma trifidum.

Valeriana floribus tetrandris æqualibus, foliis pinnatifidis, ſeminibus paleæ ova-

ovali adnatis L. Sp. 16. lutea humilis *Amman.* Stirp. Ruthen. 18. n. 25. T. III. Valerianella tetraſtemon, ſemine folio inſidente *Haller.* Comment. Goetting. Tom. I. Tab. IX. Rami florigeri trichotomi. Corolla, filamenta, antheræ, ſtilus & ſtigma coloris aurei. Sibiria.

* POLYGONVM caule ſimpliciſſimo monoſtachio, foliis ovatis, in petiolum decurrentibus L. Sp. 1. Biſtorta *Dodon.* Pempt. 333. maior *Cluſ.* H. LXIX. *Tabern.* Ic. 434. *Schlangenwurtz.* ♃

* *Polygonum* floribus pentandris ſemidigynis, ſtaminibus corolla longioribus L. Sp. 7. Potamogeton *Dodon.* Pempt. 582. Perſicaria acida peculiaris Iungermanni *Hoffman.* Catal. pl. ſpont. Altdorff ♃

* *Polygonum* floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis L. Sp. 10. Hydropeperi *Dodon.* Pempt. 607. Perſicaria acris ſ. Hydropiper I. *Bauh.* 3. 780. *Waſſer-Pfeffer.* ♃

* *Polygonum* floribus heptandris digynis, foliis ovatis, caule erecto, ſtipulis hirtis L. Sp. 13. Perſicaria Orientalis Nicotianæ folio, calyce florum purpureo *Act. Gallic.* verſ. *Steinwehr.* P. II. 367. *Commelin.* rarior. F. 43. Oriens.

* *Poly-*

* *Polygonum* floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo L. Sp. 15. ſive centinodia I. *Bauh.* 3. 374. *Tabernæm.* Ic. 832. *Wege-Tritt.* ♃

Polygonum floribus octandris trigynis racemoſis, foliis lanceolatis, caule divaricato patulo L. Sp. 18. Fagopyrum orientale ramoſum & multiflorum perſicariæ folio T. Coroll. *Buxbaum.* Centur. II. T. XXXI. Armenia. Planta ſurrecta ramoſa. Structura floris, ut in ſequentibus Fagopyris. Nempe perianthium nullum. Corolla luteo alba monopetala patens, in 5. lacinias ſubrotundas fere æquales profundo ſecta. *Nectaria* 8. *granulata lutea ovata*, inter corollam & germen ſita, adhibito microſcopio conſpicua, cum totidem filamentis & antheris. Germen & ſemen triquetrum acutum, corolla involutum. Stili 3. breves albi. Stigmata tuberoſa.

Polygonum foliis cordato ſagittatis, caule inermi erecto, feminibus ſubdentatis L. Sp. 22. Fagopyrum erectum *Amman.* 168. n. 242. cuius deſcriptio bona, niſi quod partes ſexuales omittat. Tataria.

* *Polygonum* foliis cordato-ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis

lis æqualibus L. Sp. 23. Ocymum cereale *Tabern.* Ic. 276 Frumentum ſaracenicum *Camerar.* Matth. Germ. 115. C. *Buchwaizen. Heyde-Korn.* Aſia.

ATRAPHAXIS inermis L. Sp. 2. Arbuſcula africana repens, folio ad latera criſpo, ad polygona relata *Dill.* H. Elth. T. XXXII. f. 36. Aethiopia. Quovis fere anno floret.

LIMONIASTRUM *Heiſter.* Statice caule fruticoſo folioſo, floribus ſolitariis, foliis lanceolatis vaginantibus L. Sp. 11. Limonium lignoſum gallas ferens, vel gallis viduum *Boccon.* Plant. Sicil. rar. 34. 35. T. 16. 17. Perianthium cylindricum anguſtum longum quinque cuſpidatum. Corolla monopetala pallide rubra, ſtriis ſaturatioribus intermixtis, baſi tubulata anguſta, limbo in 5. lacinias latiores ſubrotundas diſſecto. Filamenta 5. alba, corollæ intus adnata, antheris luteis. Germen oblongum. Stilus longus tenuis, ſummitate in aliquot ſtigmata capillaria fiſſus.

BOERHAVIA caule erecto L. Sp. 1. Vera crux. Folia Solani glabra. Caules quadranguli, hinc inde piloſi. Floſculi conferti ſeſſiles in ſummitatibus ramorum, utrinque novo ramo prodeunte. Calix viridis

ridis monophyllus quadrifidus, vel quinquifidus. Corolla alba monopetala quadrifida vel quinquifida, fauce hirſuta. Filamenta 3. breviſſima alba, corollæ intus adnata. Antheræ albæ. Reliqua ſtructura cum definitione Linnæana convenit.

Boerhavia caule diffuſo L. Sp. 2. Valerianella Curaſſavica ſemine aſpero viſcoſo *Hermann.* Parad. Bat. 237. *Plucknet.* Phytogr. T. CXIII. f. 7. Caules minus anguloſi, magis diffuſi magisque teretes, hinc inde itidem piloſi. Folia ovato obtuſa, latiora, quam in antecedente, margine undulata. Floſculi 3. vel plures ſaturate purpurei inſident uni pediculo communi longo, ex alis foliorum hinc inde prodeunti. Reliqua deſcriptio Halleriana Catal. Goett. itidem conveoit. Radicula rapacea.

SELAGO corymbo multiplici L. Sp. 1. Camphorata africana umbellata fruteſcens *Commel.* H. A. II. F. 40. Folia ſeſſilia glabra læte viridia, ex una gemma radiatim naſceotia. Perianthium viride incurvum, in 5. lacinias inæquales profunde ſciſſum. Corolla alba, in 4. lacinias reflexas ſecta, quarum una latior & in 2. minores ſubdiviſa eſt. Filamenta 4. alba inæqualia, 2. brevioribus. Antheræ luteæ. Stilus albus ſimplex.

MI-

MIRABILIS L. Sp. pl. Admirabilis Peruana *Cluſ.* H. LXXXIX. Mirabilis Peruana *Piſon.* H. N. 208. *Wunder-Blume.* Varietates ratione coloris plures, quæ videantur apud *Swert.* II, 24. *Boerh.* Ind. alt. & in *Hort. Cliffort.*

β. Mirabilis Peruviana, flore parvo *Hermann.* H. L. B.

* *Mirabilis Rumph.* Amboin. P. V. T. LXXXIX. Ialappa officinarum, fructu rugoſo T. India utraque. Radix in hibernaculo perennans tuberoſiſſima. Caules volubiles. Tubus corollæ albidæ, intus dilute purpuraſcentis, longiſſimus, 6. transverſos pollices æquans, ſed limbus minor, quam in vulgari. Reliqua ſtructura convenit.

PLVMBAGO foliis amplexicaulibus L. Sp. I. quorundam *Cluſ.* H. CXXII. Hiſpan. 434. Dentellaria Rondeletii *Hiſt. Lugd.* II. 1297. I. *Bauh.* 2.941. *Bleywurtz.* Europa auſtralis. Calix pluribus glandulis nitidis petiolatis obſeſſus.

COLLINSONIA L. Sp. pl. *Hort. Cliff.* T. V. Virginia. Canada. Flores in ſpica. Perianthium viride parvum glabrum monophyllum quinquedentatum. Corolla pallide lutea monopetala, baſi arctior tu-

buloſa, ſenſim patula & fauce hirſuta, ac in limbum ut plurimum quinquifidum terminata, lacinia altera maxima longiſſima, in capillares fibras ad medium eleganter diviſa. Reliquæ 4. laciniæ multo minores ſubrotundæ erectæ, 2. mediis paulo maioribus, quam lateralibus. Interdum vero una vel altera ex his 4. laciniis adhuc in minores ſubdividitur. Filamenta 2. lutea ſetacea erecta longiſſima, cum totidem antheris luteo virentibus. Germen viride globoſum, intra calycem contentum. Stilus longiſſimus purpuraſcens, ad latus inclinatus. Stigma inæqualiter bicuſpidatum.

ORDO II.

Floribus *monopetalis ſexfidis*

* RHEUM foliis glabris, petiolis ſubſulcatis L. Sp. 1. Rhaponticum *Pr. Alpin.* Exot. 187. Hippolapathum rotundo folio Lobelii *Hiſt. Lugd.* 1. 606. Thracia Scythia.

* *Rheum* foliis ſubvilloſis, petiolis æqualibus L. Sp. 2. Amoenit. Acad. Vol. III. T. IV. Rhabarbarum rotundifolium verum *Munting.* Britan. fol. 7. China. Sibiria. Thyrſus floridus ſpecioſus ramoſus. Deſcriptio Linnæana optima.

Rheum

Rheum foliis granulatis, petiolis æqualibus L. Sp. 3. Lapathum orientale aſperum & verrucoſo folio, Ribes Arabibus dictum *Dill.* H. Elth. T. CLVIII. f. 192. Ribes Arabum Rauwolffii *Hiſt. Lugd.* II. App. 32. Rhabarbarum Leidenſe E. *Franciſc.* Oſt- und W. Indiſch. Luſt- und St. Gart. N. XXVI. Chinenſe *Commerc. litter. Noric.* 1735. T. V. f. 5. 7. Lapathum orientale *Pocock.* Itiner. Orient. verſ. Teuton. T. LXXXIV. Perſia. Libanus. Carmelus. Inde a biennio apud nos radice, & foliis, quæ hyeme perdit, viget, ſed nondum floruit.

ORDO III.

Floribus *tetrapetalis* vel *quadrifidis*

SPHÆROCARPUS *Heiſter.* Myagrum ſiliculis globoſis compreſſis punctaro rugoſis L. Sp. 7. monoſpermum hirſutum, ſiliquis rotundis *Loeſel.* Flor. Pruſſ. n. 56. Myagro ſimilis ſiliqua rotunda C. B. Prodr. 52. Iuxta agros Europæ.

PETIVERIA L. Sp. pl. Verbenæ aut ſcorodoniæ affinis, anomala, flore albido, calice aſpero, allii odore *Sloane* Catal. pl. Iamaic. 64. *Rai.* H. 3. 287.

ORDO IV.

Floribus *pentapetalis*

AGRIMONIA foliis caulinis pinnatis, fructibus hiſpidis L. Sp. I. Eupatorium *Fuchſ.* 244. *Tabern.* Ic. 116. *Odermennig.* Flore albo variat. ♃

ß. Agrimonia odorata *Camer.* Hort. Eupatorium Dioſcoridis *Imperat.* 863. Agrimonia ſ. Eupatorium *Dodon.* Pempt. 28.

CHEMNIZIA *Heiſter. Lagoecia* L. Sp. pl. Cyminum ſilveſtre I. ſ. erraticum *Tabern.* Ic. 64. *Lobel.* Adverſ. nov. 330. *Dodon.* Pempt. 300. Candia. Lemnus. Oriens.

LIMONIUM peregrinum, foliis aſplenii C. B. P. Cichorium globulare *Imperat.* 870. Elegans genus Limonii *Hiſt. Lugd.* II. App. 35. Statice foliis radicalibus alternatim pinnato ſinuoſis, caulinis ternis triquetris ſubulatis decurrentibus L. Sp. 13. *See Lavendel.* Sicilia. Palæſtina. Perianthium elegans coeruleum ipſa corolla, quæ alba ſubſequitur, ſpecioſius eſt, ut in Gomphrena pariter accidit. Iam ceſſat.

Limonium maritimum maius C. B. Been album *Camerar.* Matth. Germ. 335. C. Valerianæ rubræ ſimilis pro Limonio miſſa *Dodon.* Pempt. 351. Statice caule nudo paniculato tereti, foliis lævibus L. Sp. 2. Europæ & Virginiæ maritima. Calix

lix quinqueplicatus, in 5. lacinias acutas laceras diſſectus.

β. Limonium parvum Narbonenſe, oleæfolium *Tabernæm.* Ic 431. *Lobel.* Adverſ. nov. 123. *Hiſt. Lugd.* I. 1025. Corolla violacea.

Limonium orientale, plantaginis folio, floribus umbellatis T. Coroll. elatius plantaginis foliis procumbentibus, in aculeum terminatis, floribus albis ſpicatis *Ammann.* Ruthen. n. 130. Statice caule ſubnudo dichotomo, foliis lanceolatis mucronatis, floribus alternis diſtantibus L Sp 7. *Gmelin.* Flor. Sibir. II. 223. T. XCII. Deſcriptio & Icon Ammanni & Gmelini ratione figuræ & magnitudinis omnium plantæ partium convenit. Sed corollæ petala in noſtro Limonio baſi tantum alba ſunt, limbo e purpureo violacea. Interea notum eſt, quantopere Limonia variare ſoleant, & in *clariſſ.* MILLERI Lexico Hort. P. I. 518. Limonio orientali, plantaginis folio, floribus umbellatis T. cum reliquis, corollæ purpureo coeruleæ adſcribuntur.

CORRIGIOLA L. Sp. pl. Polygonifolia *Dill.* Catalog. Gieſſ. App. T. III. Polygoni vel Linifolia, per terram ſparſa, flore

ſcorpioides I. *Bauh.* 3 379. Polygonum littoreum minus, floſculis ſpadiceo albicantibus C. B. P. ♃ Petala corollæ æque ac perianthium perſiſtunt.

SERPILLARIA *Heiſter.* ILLECEBRVM floribus verticillatis nudis, caulinis procumbentibus L. Sp. I. Serpillifolia aquatica I. *Bauh.* Hiſt. font. Bolleni. 194. Polygonum parvum, flore albo verticillato *Eiusd.* Hiſt. plant. 3 378. *Vaillant.* Botan. Pariſ. T. XV. f. 7. ♃ Deſcriptio Dilleniana & Linnæana vera.

CLASSIS II.

GYMNODISPERMÆ RUBIACÆ S. STELLATÆ

I. Floribus monopetalis, utplurimum quadrifidis

ORDO I.

Foliis 4. cruciatim poſitis

a) *Floribus ex alis foliorum*

VALANTIA floribus maſculis trifidis, hermaphroditici germini inſidentibus L. Sp. I. erecta hiſpida *Hort. Cliff.* Italia.

Valantia floribus maſculis trifidis, hermaphroditici pedunculo inſidentibus L. Sp. 2. Aparine ſemine coriandri ſaccharato

rato Parkinſonii *Vaillant.* Botan. Par. T. IV. f. 3. b. Monſpelii. Hæc hexaphylla eſt, in quovis verticillo.

* *Valantia* floribus maſculis quadrifidis, pedunculis diphyllis L. Sp. 4. Cruciata *Dodon.* Pempt. 357. Gallium latifolium, cruciata quibusdam flore luteo *J. Bauh.* 3. 717. *Kreutzkraut.* ♃.

b) *floribus in ſummo caule*

CRVCIATA alpina latifolia lævis T. Rubia lævis Taurinenſium Lobelii *Hiſt. Lugd.* II. 1330. Rubia quadrifolia Italica hirſuta *I. Bauh.* 3. 717. Aſperula foliis quaternis ovato lanceolatis, floribus faſciculatis terminalibus L. Sp. 3.

CRVCIANELLA erecta, foliis ſenis linearibus L. Sp. 1. Rubia ſpicata anguſtifolia *Barrel.* Ic. 550. Monſpelii.

Crucianella procumbens, foliis quaternis lanceolatis, floribus ſpicatis L. Sp. 3. Rubia minor ſpicata *Barrel.* Ic. 520. ſpicata *Imperat.* H. N. 880. Monſpelii. Folia inferiora quaterna, ſuperiora ſena, ut recte Imperatus pingit.

ORDO II.

Foliis ſæpe *pluribus ſtellatis*, caulem *ambientibus*

 1) fru-

1) fructibus ſiccis, floribus

a) ex alis foliorum (quæ utplurimum aſpera)

* GALLIUM foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus L. Sp. 11. luteum *Hiſtor. Lugd* 1. 1088. *Fuchſ.* 196. *Vnſer Frauen Bett Stroh.* ♃

* *Gallium* foliis octonis lanceolatis carinatis ſcabris, retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fructu hiſpido L. Sp. 19. Aparine *Dodon.* Pempt. 353. *Hiſt. Lugd.* II. 1331. *Klebkraut.* ♃

* ASPERULA foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis L. Sp. 1. Matriſylva *Trag* 496 Aſperula *Dodon.* Commeht. 2. 77 Hepatica ſtellata *Tabern.* Ic. 816. H. 519. *Stern-Leberkraut.* ♃

Aſperula foliis ſenis, floribus ſeſſilibus aggregatis terminalibus L. Sp. 2. coeruſea *Dodon.* Pempt. 355. *Hiſt. Lugd.* 1. 870. Germania. Gallia. Anglia.

Aſperula foliis quaternis lanceolato linearibus, caule erecto, floribus ſæpius trifidis L. Sp. 5. Rubeola vulgaris quadrifolia lævis, floribus purpuraſcentibus & albis T. Rubia Cynanchica I. *Bauh.* 3. 720. *Klein Færberroethe.* ♃

flo-

floribus umbellatis.

DILLENIA *Heiſter.* SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus L. Sp. I. *Dillen.* Catal. Gieſſ. App. T. III. Rubia parva, flore coeruleo ſe ſpargens I. *Bauh.* 3. 718. ♃

2) fructibus humidis ſeu baccis

* RVBIA foliis ſenis L. Sp. I. Rubia *Trag.* 498. qui iam baccas obſervavit, *Dodon.* Pempt. 352. ſativa Tabern. H. 497. maior *Cluſ.* H. CLXXVII. *Færberroethe.* Monſpelii & ad Danubium. Corolla modo quadrifida, modo quinquifida, modo ſexfida, extremitatibus laciniarum in uncum terminatis.

ORDO III.

Foliis *binis oppoſitis*

SPERMACOCE glabra, ſtaminibus exſtantibus L. Sp. 2. verticillis globoſis *Dill.* H. Elth. T. CCLXXVII. Scabioſa iamaicenſis hyſſopifolia *Plucknet.* Phytogr. T. LVIII. f. 6.? Africa. Iamaica.

CLASSIS III.

GYMNODISPERMÆ VMBELLIFERÆ.

Floribus pentapetalis, in plerisque irregularibus, umbellatim poſitis

ORDO I.

Fructibus & *ſeminibus minimis*, vix falcatis

a) *foliis compoſitis*

* APIVM foliis caulinis linearibus L. Sp. 1. hortenſe, Petroſelinum vulgo *Dodon.* Pempt. 694. *Camer.* Matth. Germ. 266. Apium Selinum ſativum domeſticum, *Tabern.* Ic. 89. *Peterſilien.* Sardinia.

β. Apium criſpum *Tabernæm.* Ic. 90. H. 267.

* *Apium* foliolis caulinis cuneiformibus L. Sp. 2. ruſticum ſ. aquaticum *Tabern.* Ic. 90. Eleoſelinum *Dodon.* Pempt. 695. *Waſſer-Eppig.* ♃

β. Apium dulce, Celleri Italorum T. Apium *Fuchſ.* 744. hortenſe *Dodon.* Pempt. 694.

* ANISVM foliis radicalibus ſimplicibus L. *Hort. Cliff.* Pimpinella foliis radicalibus inciſis *Euſd.* Sp. pl. 4. Aniſum vulgare *Cluſ.* H. CCII. Aegyptus. Iam ceſſat.

* AMMI foliis inferioribus pinnatis lanceolatis, ſuperioribus multifidis linearibus L. Sp. 1. Ammi *Fuchſ.* 67. vulgare *Dodon.* Pempt. 301. Europa auſtralis.

b) *foliis ſimplicibus*

BVPLEVRVM involucris univerſalibus nul-

nullis, foliis perfoliatis L. Sp. 1. Perfoliata *Dodon.* Pempt. 104. *Camerar.* Matth. Germ. 405. C. II. *Tabernæm.* H. 460. *Durchwachs.* Europa auſtralis.

Bupleurum involucellis pentaphyllis ovatis, univerſali ſubpentaphyllo, foliis amplexicaulibus L. Sp. 5. Perfoliata montana *Camerar.* Hort. F. XXXVIII. alpina magna longifolia I. *Bauh.* 3. 199. *Haſen-Oehrlein.* ♃

Bupleurum involucellis pentaphyllis acutis, univerſali diphyllo, foliis lanceolatis obtuſis petiolatis L. Sp. 6. anguſtifolium *Tabern.* Ic. 872. *Dodon.* Pempt. 633. ♃

Bupleurum involucellis pentaphyllis acutis: univerſali triphyllo, floſculo centrali altiore, ramis divaricatis L. Sp. 7. odontitis lutea *Hiſt. Lugd.* 1. 1068. auriculæ leporis affinis I. *Bauh.* 3. 201. Alpes Valleſiæ.

Bupleurum fruteſcens, foliis obovatis integerrimis L. Sp. 12. Seſeli æthiopicum frutex *Dodon.* Pempt. 312. æthiopicum fruticoſum, folio periclymeni I. *Bauh.* 3. 197

ORDO II.

Fructibus & *feminibus* parvis, præcedentibus tamen *longioribus*, & manifeſtius ſulcatis ſ. *ſtriatis*

a) ſo-

a) foliis *ſimplicioribus*

PHYLLIS ſtipulis dentatis L. Sp. 1. Bupleuroides, ſive arbor umbellifera *Walther.* Hort. T. VI. Valerianella Canarienſis fruteſcens, Simpla nobla dicta *Dillen.* Hort. Elth. T. CCXCIX. f. 386. Canariæ.

ASTRANTIA foliis quinquelobis, lobis trifidis *Haller.* & L. Sp. 1. Veratrum nigrum *Dodon.* Pempt. 387. Sanicula femina *Fuchſ.* 670. Imperatoria nigra *Tabern.* Ic. 83. *Schwartz Meiſter-Wurtz.* Alpes.

ERYNGIUM foliis radicalibus ovalibus planis crenatis, capitulis pedunculatis L. Sp. 3. pannonicum latifolium *Cluſ.* H. CLVIII. planum *Camer.* Matth. Germ. 228. C. planum coeruleum campeſtre polonicum *Barrel.* Ic. 1174. coeruleum I. *Tabern.* Ic. 692. H. 395. Ruſſia. Polonia. Auſtria. Helvetia.

β. Eryngium latifolium, caule ex viridi palleſcente, flore albo T.

* *Eryngium* foliis radicalibus pinnatis tripartitis L. Sp. 7. campeſtre vulgare *Cluſ.* H. CLVII. campeſtre *Dodon.* Pempt. 730. *Camer.* Matth. Germ. 228. C. *Mannstreu.* ♃

b) foliis *compoſitis*, utplurimum *tenuiſſime diſſectis*, quaſi *capillaceis*, aut *ſetaceis*

* ANE-

* ANETHVM fructibus compreſſis L. Sp. 1. Anethum *Dodon.* Pempt. 298. *Camerar.* Matth. Germ. 264. *Dill.* Luſitania. Hiſpania.

**Anethum* fructibus ovatis L. Sp. 2. Foeniculum *Matthiol.* 547. *Camer.* Matth. Germ. 270. *Fenchel.* Gallia. Madera.

* CARVM L. Sp. pl. *Dodon.* Pempt. 299. Carum ſ. carvi *Camerar.* Matth. Germ. 263. C. *Kümmel.* ♃

* ATHAMANTA foliolis capillaribus, ſeminibus glabris ſtriatis L. Sp. 8 Meum *Lobel.* Adverſ. nov. 347. *Cluſ.* H. CXCVIII. *Camerar.* Matth. Germ. 4. C. *Dodon.* Pempt. 305. *Baerwurtz.* Alpes.

c) foliis *tenuiter diſſectis*, præcedentibus tamen *amplioribus*.

* PHELLANDRIVM foliorum ramificationibus divaricatis L. Sp. 2. Phellandrium *Dodon.* Pempt. 591. *Ernſting.* F. I--X. *Peerſaat.* ♃

BVNIVM L. Sp. pl. Bulbocaſtanum *Lauremberg.* 148. *Dodon* Pempt. 334. *Tabern.* Ic. 143 *Erdnuß.* Germania. Anglia. Gallia.

SESELI foliis bipinnatis ſublinearibus, petiolis baſi membranaceis, ſeminibus ovalibus L. Sp. 7. Caryifolia I. *Bauh.* 3. 171. *Vaillant.* Botan. Pariſ. T. V. f. 2. ♃

OENAN-

OENANTHE ſtolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fiſtuloſis L. Sp. I. Filipendula aquatica *Tabernæm.* Ic. 142. *Waſſer-Steinbrech.* ♃

* CRITHMVM foliis lanceolatis carnoſis L. Sp. I. marinum *Dodon.* Commentar. 2. 120. Pempt. 705. *Meer-Fenchel.* Oceani Europæi littora.

d) foliis *amplioribus ramoſis*, vel *lobatis*

* LIGVSTICVM foliis multiplicibus; foliolis ſuperne inciſis L. Sp. I. Leviſticum vulgare *Matthiol.* 513. Hippoſelinum *Camerar.* Matth. Germ. 266. C. *Liebſtengel.* Apennini Liguriæ.

CICVTASTRVM *Heiſter.* Cicutaria maxima foetida *Hiſt. Lugd.* I. 790. foetida *Tabern.* Ic. 783. Liguſticum foliis multiplicato pinnatis, foliolis pinnatim inciſis L. Sp. 3. *Wütrich.* Montes Peloponeſiaci & Rhætici.

ÆGOPODIVM foliis caulinis ſummis ternatis L. Sp. pl. Aegopodium *Tabern* Ic. 83. Herba Gerardi *Dodon.* Pempt. 320. ♃

e) foliis ut plurimum *pinnatis*

* SIVM foliis pinnatis, umbella terminali L. Sp. I. Sium *Dodon.* Pempt. 589. medium I. *Bauh.* 3. 175. ♃

β. Sium

β. Sium f. Apium paluſtre foliis ob-longis C.B.P. umbelliferum I. *Baub.* 3. 172.

* *Sium* foliis pinnatis, floribus ternatis L. Sp. 3. Siſarum *Dodon.* Pempt. 681. *Tabaern.* Ic. 77. Siſer II. *Camer.* Matth. Germ. 130. C. Elaphoboſcum F. *Column.* Phytobaſ T. XX. *Zucker-Wurtz.* China.

* *Sium* foliolis linearibus decurrentibus connatis L. Sp. 6. Eryngium IV. *Dodon.* Pempt. 732. Crithamum montanum vel terreſtre IV. *Camerar.* Matth. Germ. 163. *Sichelkraut.* ♃

* SISON foliis pinnatis, umbellis erectis L. Sp. 1. Petroſelinum Macedonicum *Fuchſ.* 655. *Dodon.* Pempt. 697. Siſon, quod Amomum officinis noſtris C. B. P. Anglia.

Siſon foliis ternatis L. Sp. 3. Myrrhis trifolia Canadenſis Angelicæ facie T.

Siſon foliis verticillatis capillaribus L. Sp. 6. Carvi foliis tenuiſſimis, Aſphodeli radice T. Daucus pratenſis Dalechampii *Hiſt. Lugd.* 1. 718. Gallia. Pirenæi.

* BVBON foliolis rhombeo ovatis, crenatis, umbellis numeroſiſſimis L. Sp. 1. Petroſelinum Macedonicum *Tabern.* Ic. 87. *Dodon.* Pempt 697.

* PIMPINELLA foliis pinnatis, foliolis radi-

radicalibus ſubrotundis, ſummis linearibus L. Sp. 1. minor *Cluſ.* H. CXCVII. *Camer.* Matth. Germ 360. Tragium F. *Columm.* Phytobaſ. T XVII. *Bocks-Peterlem* ♃

β. Pimpinella ſaxifraga maior, umbella candida C. B. P. ſaxifraga maior *Cluſ.* CXCVII. *Camerar.* Matth. Germ. 360.

γ. Pimpinella ſaxifraga maior, umbella rubente C. B. P.

Pimpinella foliis ſupradecompoſitis, caule angulato ramoſiſſimo L. Sp. 2. Saxifraga Pannonica *Cluſ.* H. CXCVI. ♃

ORDO III.

Fructibus & *ſeminibus villoſis* ſ. hirſutis

a) foliis ſimplicibus laciniatis

* SANICULA foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus L. Sp. 1. Sideritis F. *Columm.* Phytobaſ. T. XVI. Diapenſia *Matthiol.* 650. Sanicula *Camerar.* Matth. Germ. 353. C. ♃

b) foliis compoſitis multifidis

* DAUCUS ſeminibus hiſpidis L. Sp. 1. ſilveſtris *Camerar.* Matth. Germ. 271. Paſtinaca erratica *Tabern.* Ic. 76. ſilveſtris tenuifolia *Dodon.* Pempt 679. *Vogelneſt.* ♃

* β Daucus ſativus radice lutea aurantii coloris & alba T. Carotæ *Matthiol.* 501.

501. Paſtinaca tenuifolia ſativa *Dodon.* Pempt. 638. *Moehren.*

ORDO IV.

Fructibus & *ſeminibus echinatis* ſ. aculeatis

CAVCALIS involucris ſingulis pentaphyllis, foliolo unico duplo maiore L. Sp. 1. Caucalis *Dodon.* Pempt. 700. albo flore *Cluſ.* H. CCl. Caucalis, apium arvenſe *Tabern.* Ic. 97. *Kletten-Koerffel.* ♃

ARTEDIA ſeminibus aculeatis L. Sp. 2. Caucalis maior daucoides Tingitana *Hermann.* Parad. Batav. 111. Mauritania.

ORDO V.

Fructibus & *ſeminibus ovatis*, loco aculeorum Ordinis IV. *tuberculis* tantum *exaſperatis*

CAVCALOIDES *Heiſter.* nondum vidi.

ORDO VI.

Fructibus & *ſeminibus longis acutis ſubulatis*, roſtra avicularum referentibus

a) *roſtris* paulo *brevioribus lævibus*

1) unicoloribus utplurimum nigris

* CHÆROPHYLLVM ſativum T. *Dodon.* Pempt. 760. Cerefolium *Tabern.* Ic. 92. Scandix ſeminibus nitidis ovato ſubulatis L. Sp. 3. *Koerffel.* Europa auſtralis.

2) *roſtris ſtriatis bicoloribus.*

MYRRHIS annua, ſemine ſtriato lævi T. Anthriſcus Plinii quibusdam, ſemine longo cicutariæ vel Chærophylli I. *Baub.* 3. 70. Chærophyllum caule ſcabro, geniculis tumidis L. Sp. 3. ♃

3) *roſtris aſperis*, vel *hirſutis*

MYRRHOIDES *Heiſter*. Cicutariæ quodammodo ſimilis vel chærephyllo accedens I. *Baub.* 3. 182. Scandix ſeminibus ovatis hiſpidis, corollis uniformibus, caule lævi L. Sp. 4. Hollandia. Anglia.

b) *roſtris prælongis* aciformibus, in baſi ſtriatis

SCANDIX ſeminibus lævibus, roſtro longiſſimo L. Sp. 2. Pecten veneris *Dodon.* Pempt. 701. herba ſcanaria *Tabern.* Ic. 96. *Nadel-Koerffel.* ♃

ORDO VII.

Fructibus & *ſeminibus magnis longis*, profunde *ſulcatis* & anguloſis, foliis chærophylli odore & ſapore

*CHAEROPHYLLASTRVM *Heiſter*. Scandix ſeminibus ſulcatis angulatis L. Sp. 1. Cerefolium Hiſpanicum *Tabern.* Ic. 93. Myrrhis *Dodon.* Pempt. 701. Alpes. Huius plantæ deſcriptio cum ſynonymis exſtat *Act. Helvet.* Vol. III. 120. & ſeqq.

ORDO

ORDO VIII.

Fructibus & *ſeminibus planis*, plerumque *ſubrotundis*, vel *ovatis*, dorſo *ſtriatis*

1) maioribus

* ANGELICA foliorum impari lobato L. Sp. 1. maior *Dodon* Pempt. 318. *Tabern.* Ic. 82. Alpes Lapponiæ.

Angelica foliis æqualibus ovato lanceolatis ſerratis L. Sp. 2. ſilveſtris *Dodon.* Pempt. 318. minor aquatica *Tabernæm.* Icon. 81. ♃

Angelica foliis æqualibus ovatis, inciſo ſerratis L. Sp. 4. lucida Canadenſis Cornuti *Barrel.* Ic. 1320. Canada.

* IMPERATORIA L. Sp. pl. *Tabern.* Ic. 82. Oſtrutium *Ryff.* Dioſcorid. 234. Aſtrantia *Dodon.* Pempt. 320. Imperatoria Oſtrutium vulgo *Camer.* Matth. Germ. 269. *Meiſterwurtz.* Alpes.

* PEVCEDANVM foliis quinquies tripartitis, filiformibus linearibus L. Sp. 1. l. *Camer.* Matth. Germ. 275. Peucedanum *Dodon.* Pempt. 317. Cauda porcina *Tabern.* Ic. 69. *Haarſtrang.* Germania. Italia.

* *Peucedanum* foliolis pinnatifidis, laciniis oppoſitis L. Sp. 3. Siler alterum pratenſe *Dodon.* Pempt. 310. Silaum

 qui-

quibusdam flore luteolo I. *Bauh.* 3. 170. ♃

ε FERULA foliis linearibus longiſſimis ſimplicibus L. Sp. I. Ferula *Dodon.* Pempt. 321. *Camer.* Matth. Germ. 275. folio foeniculi, ſemine latiore & rotundiore I. *Bauh.* 3. 43. *Steckenkraut.* Europa auſtralis.

.. *Ferula* foliis pinnatifidis, pinnis linearibus planis trifidis L. Sp. 4. Ferulago *Dodon.* Pempt. 321. Galbanifera ferula *Hiſt. Lugd.* I. 755. I. *Bauh.* 3. 53. Sicilia. Vmbellæ triplices & triplicia involucra, imo quadruplicia & plura. Nam per totam caulis longitudinem, ubi pediculi umbellarum maximarum exortu communi prodeunt, adeſt involucrum polyphyllum, ex foliis eo latioribus conſtans, quo inferiores ſunt ſeries pediculorum umbelliferorum.

. PASTINACA foliis ſimpliciter pinnatis L. Sp I. ſilveſtris latifolia *Dodon.* Pempt. 680. Elaphoboſcum erraticum *Tabern.* Ic. 77. ♃

β. * Paſtinaca latifolia ſativa *Dodon.* Pempt. 680. Elaphoboſcum ſativum *Tabern.* Ic. 76. *Paſternacken.* Europa auſtralis ruderata & paſcua.

* *Paſti-*

* *Paſtinaca* foliis decompoſitis pinnatis L. Sp. 2. Panax heracleum vel potius Sphondilium alterum *Dodon.* Pempt. 307. heracleum I. *Tabern.* Ic. 80. Opoponax *Offic.* Italia. Sicilia.

* HERACLEVM foliolis pinnatifidis L. Sp. 1. Sphondylium I. *Tabern.* Icon. 92. *Dodon.* Pempt. 307. *Camerar.* Matth. Germ. 274 C. vulgare, flore albo *Barrel.* Ic. 371. *Teutſch Bærenklau.* ♃

TORDYLIVM involucris umbella longioribus L. Sp. 1. Gyngidium I. *Dodon.* Pempt. 702. foliis Baucia Syriacum *Hiſt. Lugd.* I. 710. latifolium II. *Tabern.* Ic. 95. Syria.

Tordylium umbella conferta, radiata, foliis lanceolatis inciſo ſerratis L. Sp. 4. Caucalis maior *Cluſ.* H. CCII. maior, ſemine minus pulchro hirſuto I. *Bauh.* 3. 85. Italia.

Tordylium umbella conferta, foliolis ovato lanceolatis pinnatifidis L. Sp. 6. Caucalis ſemine aſpero, floſculis rubentibus C. B. Prodr. 80. Anthriſcus quorundam, ſemine hiſpido I. *Bauh.* 3. 83. ♃

Tordylium umbellis ſimplicibus ſeſſilibus, ſeminibus exterioribus hiſpidis L. Sp. 7. Caucalis nudo echinato ſemine,

 an-

anthriſco hiſpido affinis I. *Baub.* 3. 83. Daucus annuus, ad nodos floridus T. Anglia.

2) Fructibus & *ſeminibus planis, minoribus, ſubrotundis, dorſo ſtriatis*,

* OREOSELINVM apii folio maius T. Seſeli ſecundum montanum Pannonicum *Cluſ.* H. CXCIII. Libanotis altera quorundam, aliis dicta Cervaria nigra I. *Baub.* 3.165. Theophraſti nigra *Tabern.* Ic. 108. Selinum foliis radicalibus ovatis, inæqualiter ſerratis L. *Hort.* Cliffort. *Schwartz Hirtzwurtz* ♃

* *Oreoſelinum Cluſ.* H. CXCV. apium montanum *Tabern.* Ic. 91. montanum nigrum I. *Baub.* 3. 104. Oreoſelinum ſive Veelgutta *Dodon* Pempt. 696. Athamanta foliolis divaricatis L. Sp. 3 ♃

* SELINVM radice fuſiformi multiplici L. Sp. 1. Seſeli paluſtre lacteſcens C. B. Prodr. 85. Apium ſilveſtre *Dodon.* Pempt. 699. Olſenitium *Offic.* ♃

Selinum umbella conferta, involucro univerſali reflexo, ſeminum coſtis 5. membranaceis L. Syſtem. Nat edit. X.

ORDO IX.

Fructibus & *ſeminibus magnis alatis*, ſ. membranulis aliquot ſecundum longitudinem veſtitis.

* LA-

* LASERPITIVM foliolis cordatis inciſo-ſerratis L. Sp. 1. Libanotis Theophraſtic alba *Tabern.* Ic. 108. Seſeli æthiopicum herba *Dodon.* Pempt. 312. æthiopicum Matthioli *Cluſ.* H. CXCIII. æthiopicum vulgare *Camerar.* Matth. Germ. 257. C. Cervaria alba *I. Bauh.* 3. 164. Thapſia *Officin. Weis Hirtzwurtz.* Germania. Hungaria. Suecia.

Laſerpitium foliolis trilobis inciſis L. Sp. 2. Angelica montana perennis, aquilegiæ folio T. Liguſticum Rauwolfii, folus aquilegiæ *I. Bauh.* 3. 148. creſcit copioſiſſime in Patria mea circa pagum Ebersgoens. *Prinnit. Flor. Butisbac.*

Laſerpitium foliolis cuneiformibus furcatis L. Sp. 3. e regione Maſſiliæ allatum *I. Bauh.* 3. 173. *Lobel.* Adverſ. nov. 313. lobis anguſtioribus lucidis, ſaturate virentibus, diviſis *Plucknet.* Phytogr. T. CXCVIII. f. 5.

β. Laſerpitium lobis anguſtioribus longioribus & dilute virentibus, plurifariam diviſis *Plucknet.* Phytogr. T. CXCVIII. f. 6.

* *Laſerpitium* foliolis lanceolatis integerrimis, petiolatis L. Sp. 6. Liguſticum quod Seſeli officinarum C. B. P. Siler

 mon-

montanum *Cluſ.* CXCV. *Dodon.* Pempt. 310. ♃

ORDO X.

Fructibus & *ſeminibus rotundis*, aut *ſubrotundis*

1) *minoribus*, foliis

a) compoſitis ut plurimum

* CORIANDRVM fructibus globoſis L. Sp. 1. *Tabernæm.* Ic. 70. *Trag.* 115. *Fuchſ.* 345. *Dodon.* Pempt. 302. Italia.

SMYRNIVM foliis caulinis ſimplicibus amplexicaulibus L. Sp. 1. *Tabernæm.* Ic. 86. amanni montis *Dodon.* Pempt. 698. creticum *Camerar.* Matth. Germ. 268. Italia. Creta.

* *Smyrnium* foliis caulinis ternatis, petiolis ſerratis L. Sp. 2. *Matthiol.* 515. Hipposelinum *Dodon* Pempt. 698. Oluſatrum ſ. Smyrnium *Camerar.* Matth. Germ. 268. Scotia. Wallia. Gallia.

CICVTA umbellis folio oppoſitis, petiolis marginatis obtuſis L. Sp. 1. aquatica *Wepfer.* F. I. II. III. IV. Sium erucæ folio, alterum *Dodon.* Pempt. 589. *Waſſer-Schirling.* ♃

* CICVTARIA *Heiſter.* CONIVM ſeminibus ſtriatis L. Sp. 1. Cicuta officin. *Stoerck.* Suppl. T. 1. *Dod.* Pempt. 461. vulgaris. *Cluſ.* H. CC. *Schirling.* ♃

WEPFE-

WEPFERIA *Heiſter.* *Æthuſa* L. Sp. pl. Cicutaria apii folio I. *Baub.* 3. 179. Petroſelinum caninum *Tabernæm.* H. 276. *Hunds-Peterlein.* ♃

b) *ſimplicibus*, ſubrotundis, coryliformibus

HYDROCOTYLE foliis peltatis, umbellis quinquefloris L. Sp. 1. *Lindern.* Hort. Alſat. T. XII. Cotyledon paluſtris *Dodon.* Pempt 133 *Waſſer-Nabel.* ♃

2) *maximis*, nucis Moſchatæ fere magnitudine

CACHRYS foliis pinnatis acutis multifidis L. Sp. 1. Hippomarathrum Siculum *Boccon.* Ic. & deſcript. pl. Sic. T. 18. Libanotis cachryophoros quibusdam, floribus luteis I. *Baub.* 3. 40. Iam ceſſat.

CLASSIS V:

GYMNOTRISPERMÆ.

* TROPÆOLVM foliis integris, petalis acuminato ſetaceis L. Sp. 1. Naſturtium Indicum *Dodon.* Pempt. 397. *Camerar.* Hort. F. XXXI. & XXXII. folio peltato ſcandens I. *Baub.* 2. 175. flore rubro, ſtriis rubris *de Bry* T. 112. *Indianiſche Kreſſen.*

* *Tropæolum* foliis ſubquinquelobis, petalis obtuſis L. Sp. 2. Acriviola maxima

ma odorata *Boerhav.* Ind. alt. Viola Indica ſcandens, naſturtii ſapore, maxima, odorata *Hermann.* H. L. B. 629. Flore aurantio & ſulphureo variat.

β. Acriviola maxima odorata, flore pleno *Hortulan. Angl.* T. 3. Caret Nectario.

DRYMOPOGON I. *Tabernæm.* Ic. 777. Barba capræ *Camerar.* Hort. F. IX. *Fuchſ.* 781. Barbula capri *Trag.* 282. Spiræa foliis ſupradecompoſitis, ſpicis paniculatis, floribus dioecis L. Sp. 8. *Geisbarth.* Auſtria. Alvernia.

CLASSIS VI.

GYMNOTETRASPERMÆ *flore monopetalo*, plerumque *regulari quinquifido*, quibusdam *aſperifoliæ* dictæ.

* BORRAGO foliis omnibus alternis, calycibus patentibus L. Sp. 1. *Tabernæm.* Hiſt. 132. Buglöſſum *Fuchſ.* 142. *Borreiſch.* Alepum.

β. Borrago floribus albis *Tabern.* Ic. 417.

* ANCHUSA foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis L. Sp. 1. Bugloſſum *Camerar.* Matth. Germ. 340. *Dodon.* Pempt. 628. *Tabernæm.* Ic. 418. *Ochſenzung.* ♃. Flore coeruleo, rubro, albo, variat.

* LITHOSPERMUM ſeminibus lævibus,

bus, corollis calicem vix ſuperantibus; foliis lanceolatis L. Sp. 1. *Camerar.* Matth. Germ. 315. arvenſe *Tabernæm.* Ic. 850. minus *Dodon.* Pempt. 83. *Stein-Hirſche.* ♃

MYOSOTIS ſeminibus nudis, foliorum apicibus calloſis L. Sp. 1. *Vergiſs mein nicht.* ♃ Varietates plures.

Myoſotis ſeminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis piloſis L. Sp. 3. Lappula ruſticorum *Hiſt. Lugd.* II. 1240. Cynogloſſum minus I. *Bauh.* 3. 600. ♃

Myoſotis ſeminibus nudis, foliis hiſpidis, racemis folioſis L. Sp. 4. Anchuſa lutea *Lobel.* Adverſ. nov. 248. Echium luteum minimum Hiſpanicum *Barrel.* Ic. 1254. Italia. Hiſpania. Narbona.

SCORPIVRVS *Heiſter.* Heliotropium foliis cordato ovatis acutis ſcabriuſculis, ſpicis ſolitariis, fructibus bifidis L. Sp. 1. americanum coeruleum, foliis hormini *Dodart.* Memoir. verſ. Teuton. T. XV. *Plueknet.* Phytogr. T. CCXLV. f. 4. *Sonnenwende.* India utraque. Corolla quinquifida, nullis laciniis minoribus interiectis.

* *Heliotropium* foliis ovatis integerrimis tomentoſis rugoſis, ſpicis coniugatis L. Sp. 2. maius *Tabernæm.* Ic. 548. *Cluſ.* H.

H. XLVI. *Dodon.* Pempt. 70. Europa auſtralis. Corolla quinquifida, totidem laciniis minoribus interiectis, quæ vero etiam interdum abſunt.

ASPERVGO L. Sp. pl. ſpuria *Dodon.* Pempt. 356. Echium lappaceum *Geſner.* Op. P. I. T. 16. F. 142. ♃

* CYNOGLOSSVM ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus L. Sp. 1. vulgare floridum *Tabernæm.* Ic. 737. *Camerar.* Matth. Germ. 343. *Hundszunge.* ♃

β Cynogloſſum maius vulgare flore albo T.

Cynogloſſum corollis calice duplo longioribus, foliis lanceolatis L. Sp. 3. Creticum I. *Cluſ.* H. CXLII. I. *Baub.* 3. 600.

VMBILICARIA *Heiſter.* OMPHALODES Luſitanica lini folio T. Cynogloſſum foliis lineari lanceolatis glabris L. Sp. 5. *Nabel-Samen.*

Omphalodes pumila verna, Symphyti folio T. Symphytum pumilum repens ſ. Borrago minima Herbariorum I. *Bauhin.* 3. 597. Cynogloſſum repens, foliis radicalibus cordatis L. Sp. 6. Luſitania.

LYCOPSIS foliis integerrimis, calycibus fructeſcentibus inflatis pendulis L. Sp.

Sp. 1. Borragine ſilveſtre annua di *Candia Zanon.* edit. *Mont.* T. 38. Bugloſſum flore nigro *Camerar.* Matth. Germ. 340. Echium pullo flore *Cluſ.* H. CXLIII. ♃

Lycopſis. foliis ovatis integerrimis ſcabris, calycibus erectis L. Sp. 5. Bugloſſum minus latifolium, flore elegantiſſime coeruleo *Hort. Carlsruh.* Oriens.

* PULMONARIA foliis radicalibus cordatis ſcabris L. Sp. 2. *Lungenkraut.*

α. Pulmonaria vulgaris, maculoſo folio *Cluſ.* H. CXLIX. maculoſa *Tabern.* Ic. 557. II. *Camerar.* Matth. Germ. 363. C. Symphytum maculoſum *Dodon.* Pempt. 135. ♃

β. Symphytum maculoſum ſ. Pulmonaria maxima, foliis quaſi ſaccharo incruſtatis *Plucknet.* Phytogr. T. CCXXVII. f. 4.

γ. Pulmonaria non maculoſo folio *Boerh.* Ind. alt. Wetteravia.

* ECHIUM caule ſimplici erecto, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus L. Sp. 3. vulgare *Cluſ.* H. CXLIII. *Dodon.* Pempt. 631. *Wild Ochſen-Zung.* ♃

Echium calycibus fructeſcentibus diſtantibus, caule procumbente L. Sp. 4. creticum I. & II. *Cluſ.* H. CXLV. absque Icone.

Icone. Corolla rubra & coerulea variat, æque ac ſpecies antecedens, reliqua differentia ſulva.

ECHIOIDES *Rivin.* & *Dillen.* Catalog. Gieſſ. App. T. III. Echium *Fuchſ.* H. 269. Bugloſſa ſilveſtris *Dodon.* Pempt. 628. Lycopſis foliis lanceolatis hiſpidis, calycibus floreſcentibus erectis L. Sp. 4. ♃

* SYMPHYTVM foliis ovato lanceolatis decurrentibus L. Sp. 1. *Schwarzwurz.* ♃

α. Symphytum conſolida maior, flore purpureo, quæ mas T. maius *Camer.* Matth. Germ. 327. C. flore purpureo *Tabern.* Ic. 559. magnum *Dodon.* Pempt. 134. Conſolida maior *Trag.* 240. *Matthiol.* 620.

β. Symphytum conſolida maior, flore albo, quæ femina T. maius, flore albo *Tabernæm.* Ic. 559.

CERINTHE foliis amplexicaulibus, fructibus geminis, corollis obtuſiuſculis patulis L. Sp. 1. quorundam maior, verſicolore flore *Cluſ.* H. CLXVII. Hiſp. 411. *Wachsblume.* Europa auſtralis. Iam ceſſat.

Cerinthe foliis amplexicaulibus integris, fructibus geminis, corollis acutis clauſis L. Sp. 3. quorundam minor, flavo flore *Cluſ.* H. CLXVIII. Auſtria. Styria.

CLAS-

CLASSIS VII.

GYMNOTETRASPERMÆ LABIATÆ VERTICILLATÆ S. RINGENTES QVÆ FLORE MONOPETALO PLERVMQVE IRREGVLARI.

ORDO I.

a) *Flore unilabiato quadrifido*

AIVGA floribus reſupinatis L. Sp. I. Bugula orientalis villoſa, flore inverſo coeruleo: alba macula notato *Dill.* H. Elth. T. XLIII. F. 61. Luxuriat in horti ſolo, & hyemem perdurat. Caules piloſiſſimi quaridranguli, angulis violaceis; Corolla coerulea, fauce alba; laciniæ limbi paulo latiores, quam in Horto Elthamenſi pinguntur.

* *Aiuga* tetragono pyramidalis L. Sp. 2. Bugula *Dodon.* Pempt. 135. Conſolida media *Barrel.* Ic. 338. *Fuchſ.* 670. *Camerar.* Matth. Germ. 329. media I. *Tabernæm.* Ic. 554. *Gülden Günſel.* ♃

* *Aiuga* foliis tomentoſis, calycibus hirſutis L. Sp. 3. Bugula ſilveſtris villoſa, flore coeruleo T. Conſolida media II. *Tabern.* Ic. 555. media Genevenſis I. *Bauh.* 3. 432.

* CHAMÆPITYS *Matthiol.* 608. maior

ior *Tabern.* Ic. 385. prima *Dodon.* Pempt. 46. ſive Iva *Camerar.* Matth. Germ. 319. Teucrium foliis trifidis linearibus integerrimis, floribus ſeſſilibus axillaribus L. Sp. 5. *Schlagkraut.* Pleræque Europæ regiones, non nimis frigidæ. Odor plantæ reſinoſus iam in anteceſſum arthriticis & hemiplecticis, ex ſcorbuto talibus, multum levaminis promittit.

b) *Flore unilabiato quinquifido*

1. *caule fruteſcente*

TEVCRIVM foliis tripartitis linearibus, racemo terminali, caule repente L. Sp. 6. ſupinum paluſtre, Apulum glabrum, foliis laciniatis, flore albo *Till.* Hort. Piſan. T. 49.

Teucrium foliis integerrimis rhombeis acutis villoſis, ſubtus tomentoſis L. Sp. 10. fruticans Boeticum, minore folio *Dill.* H. Elth. T. CCLXXXIV. F. 367. Boeticum humilius & ramoſius, folio ſubrotundo *Hortulan. Angl.* T. 3.

Teucrium foliis integerrimis ovatis utrinque acutis, racemis ſecundis villoſis L. Sp. 12. Marum Cortuſi I. *Bauh.* 3. 243. *Camerar.* Matth. Germ. 252. Regnum Valentinum.

Teucrium foliis ovatis, inciſo crenatis petio-

petiolatis, floribus ſubverticillatis L. Sp. 19. Chamædrys *Tabernæm.* Ic. 377. mas *Camer.* Matth. Germ. 282. *Gamanderlein.* Germania. Helvetia. Gallia. Flore albo variat.

Teucrium foliis cordatis undulatis obtuſe ſerratis, floralibus integerrimis concavis, caule fruticoſo L. Sp. 20. vulgare fruticans *Cluſ.* H. 348. Chamædrys aſſurgens *Dodon.* Pempt. 44. fruticoſior flore ochroleuco *Moriſon.* Hiſt. 3. S. II. T. 22. f. 1. Europa auſtralis.

Teucrium foliis cordatis crenatis petiolatis, ſpicis oblongis denſiſſimis ex Hyrcania *Martyn.* & *Haller.* Commentar. Goetting. T. II. 175. T. XIII. hyrcanum foliis cordato oblongis obtuſis, caule brachiato dichotomo, ſpicis longiſſimis terminali axillaribus L. *Syſt.* Nat. edit. X. Caules herbacei.

* MARVM verum *Hiſt. Lugd.* I. 885. vulgare ſ. clinopodium, *Dodon.* Pempt. 271. Clinopodium quibusdam, Maſtichina Gallorum I. *Bauh.* 3. 243. Tragoriganum I. *Cluſ.* H. 355. Satureia verticillis lanuginoſis, dentibus calycinis ſetaceis piloſis L. Sp. 4. Hiſpania.

POLIVM pyrenaicum ſupinum, hederæ

 ter-

terreſtris folio T. ſaxatile purpureum chamædryoides, ampla coma *Barrel.* Ic. 1086. Teucrium corymbo terminali, foliis cuneiformibus orbiculatis crenatis L. Sp. 23.

Polium montanum album ſerratum latifolium *Barrel.* Ic. 1078. 1079. Teucrium capitulis pedunculatis, foliis lanceolatis tomentoſis, caule erecto L. Sp. 25. Europa calidior.

Polium lavendulæ folio C. B. P. VII. cum flore *Cluſ.* H. 302. Teucrium corymbo terminali, foliis lanceolatis integerrimis L. Sp. 21. Germania. Gallia.

2) *caule herbaceo*

* SCORDIVM T. *Camer.* Matth. Germ. 282. C. *Fuchſ.* 776. *Tabernæm.* Ic. 761. *Dodon.* Pempt. 126. Teucrium foliis oblongis ſeſſilibus dentato ferratis, floribus geminis axillaribus L. Sp. 18. *Lachen-Knoblauch.* ♃

* SCORODONIA *Rivin.* & *Heiſter.* Salvia agreſtis ſ. ſphacelus *Dodon.* Pempt. 291. Teucrium *Hiſt. Lugd.* 1. 880. foliis cordatis ferratis petiolatis, racemis lateralibus ſecundis, caule erecto L. Sp. 17. ♃

* IVA moſchata, folio multifido *Rivin.* & *Heiſter.* Chamædrys vera femina *Fuchſ.* 870.

870. femina *Camer.* Matth. Germ. 282. Chamæpitys altera *Dodon.* Pempt. 46. Chamæcypariſſus agreſtis *Trag.* 79. ♃

ORDO II.

Flore bilabiato, labio ſuperiore.

1) integro, *inferiore bifido* & cordiformi

* LAMIVM foliis cordatis acuminatis ſerratis petiolatis L. Sp. 1. album *Tabern.* Icon. 536. Vrtica iners ſ. Lamium primum *Dodon.* Pempt. 153. *Tode-Neſſel.* ♃

β. Lamium purpureum non foetens, folio oblongo C. B. P. Galeopſis ſ. urtica iners, flore purpuraſcente, maiore folio, non maculato I. *Baub,* 3. 321. Deſcriptio, non figura. ♃

γ. Lamium maximum ſilvaticum alterum C. B. Galeopſis maxima Pannonica *Cluſ.* H. XXXVI. ♃

2) integro, *inferiori trifido* galea brevi, fauce ampla

* SALVIA foliis lanceolatis ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis L. Sp. 4. maior *Dodon.* Pempt. 290. *Tabern.* Ic. 370. *Fuchſ.* 248. *Salvey.* Europa auſtralis. Variat foliis auratis, vel argenteis.

 β* Sal-

β.* Salvia foliis latis criſpis & veluti fimbriatis *Rupp.* Fl. Ien.

galea brevi, fauce anguſta

HORMINVM *Dodon.* Pempt. 294. coma rubra I. *Bauh.* 3. 309. ſatiyum *Camerar.* Matth. Germ. 304. C. Orminum verum Matthioli *Geſner.* Hiſt. pl. Faſc. T. XI. n. 21. Salvia foliis obtuſis crenatis, bracteis ſummis ſterilibus maioribus coloratis L. Sp. 8 Græcia. Apulia.

β. Horminum coma purpuro violacea I. *Bauh.* 3. 309. Iam ceſſat.

Hormini ſilveſtris IV. quinta ſpecies altera *Cluſ.* H. XXXI. Sclarea Hiſpanica *Tabern.* Ic. 374. Salvia foliis ovatis baſibus mucronato tuberoſis, ſpicis imbricatis, calicibus trifidis L. Sp. 16. Cuius deſcriptio addita optima.

Horminum ſilveſtre III. *Cluſ.* H. XXIX. Gallitricho affinis planta I. *Bauh.* 3. 314. Salvia foliis cordatis crenato dentatis, verticillis ſubnudis, ſtilo corollarum labio inferiori incumbente L. Sp. 18. Auſtria.

Horminum ſilveſtre ſalvifolium minus C. B. B. Hormini ſilveſtris IV. quinta ſpecies prior *Cluſ.* H. XXXI Salvia foliis cordato lanceolatis acutis, bracteis colo:

coloratis, flore brevioribus L. Sp. 9. Germania. Bohemia.

Horminum virginianum blattariæ folio *Haller.* Catalog. Goetting. Cuius deſcriptio optima.

Horminum foliis cordatis rugoſis, floribus parvis ex albo & violaceo variis, galea breviſſima. ſilveſtre odoratum, flore ex violaceo & albo variegato, galea parva, foliis rugoſis acuminatis crenatis Claytoni *Gronov.* Fl. Virg. Salvia foliis radicalibus lyratis, corollarum galea breviſſima L. Sp. 3. Virginia.

Horminum ſalviæ africanæ, foliis laciniatis, nomine miſſum.

Galea magna falcata, barba excavata dependens

* SCLAREA *Tabern.* Ic. 373. Gallitricum *Trag.* 49. ſativum I. *Bauh.* 3. 309. 310. Orvala *Dodon.* Pempt. 292. Salvia foliis rugoſis oblongo cordatis ſerratis, floralibus calice longioribus concavis acuminatis L. Sp. 23. *Scharlach-Kraut.* Syria. Italica.

β. Gallitrichum exoticum, flore magno albo f. Biſermas I. *Bauh.* 3. 311. Horminum Syriacum C. B. Prodr. 114. Salvia foliis cordatis dendatis; inferioribus re-

 pandis

pandis, bracteis cordatis glabris acutis, calycibus tomentoſis L. Syſt. Nat. edit. X.

Sclarea vulgaris lanuginoſo ampliſſimo folio, æthiopis multis I. *Baub.* 3. 315. Æthiopis *Dodon.* Pempt. 148. Salvia foliis oblongis dentato angulatis hirſutis, verticillis lanatis, corollarum labio ſaccato L. Sp. 25. Illiria. Græcia. Africa.

β. Æthiopis laciniatis foliis *Barrel.* Icon. 188.

Sclarea rugoſo verrucoſo & laciniato folio T. Horminum rugoſo verrucoſoque folio, cornu cervi exprimente *Plucknet.* Phytogr. T. CXCIV. f. 5. rugoſo verrucoſoque folio *Hermann.* Par. Bat. 186. Salvia foliis rugoſis pinnatifidis lanatis L. Sp. 24. Perſia.

Sclarea tingitana foetidiſſima hirſuta, flore albo T.

HORSTIA *Heiſter.* Salvia caule nudo, ſpica florente pendula *Haller.* Comment. Goetting. Tom. I. Tab. XI. 210. foliis cordatis inæqualiter baſi excíſis, caule ſubnudo, ſpicis ante floreſcentiam cernuis L. Sp. 27. Imperium Ruthenum.

SCLAREASTRVM *Heiſter.* Sclarea Indica arboreſcens, calice campanulato, flore pulchro aurantio Leonuri maioris ſimili *Wal-*

Google

Walther. Hort T. XV. Salvia africana frutefcens, folio ſubrotundo glauco, flore magno aureo *Commelin.* H. A. II. F. 92. foliis ſubrotundis integerrimis baſi truncatis dentatis L. Sp. 21.

SCHRADERIA *Heiſter.* Sclarea folio triangulari, caule tomentoſo *T.* & *Boerhav.* Ind. alt. Salvia foliis haſtato triangularibus oblongis crenatatis obtuſis L. Sp. 20. Canariæ Inſulæ. Deſcriptio Halleriana in Catal. Goetting. optima.

IVNGIA *Heiſter.* Epiſt. Burckh. ad Leibnit. edit. 2. T. I. Sclarea mexicana altiſſima, facie heliotropii *Dillen.* H. Elth. T. CCLIV. f. 330. Salvia foliis ovatis utrinque acuminatis ferratis L. Sp. 15.

GLVTINARIA *Heiſter.* Hormimum luteum *Geſner.* Hiſt. pl. Faſcic. T. X. n. 20. ſilveſtre ſecundum *Cluſ.* H. XXIX. Galeopſis ſpecies lutea viſcida odorata nemorenſis *I. Bauh.* 3. 314. Orvala tertia *Dodon.* Pempt. 292. Salvia foliis cordato ſagittatis ferratis acutis L. Sp. 19. Europæ lutoſa.

PHLOMIS foliis ſubrotundis tomentoſis crenatis, involucris lanceolatis L. Sp. 1. Verbaſcum ſylveſtre alterum *Dod.* Pempt. 146. latis ſalviæ foliis *Tabern.* H. 283.

ſilveſtre Matthioli *Cluſ.* H. XXVIII. Sicilia. Hiſpania.

β. Phlomis fruticoſa, folio ſubrotundo breviore, flore luteo *Boerhav.* Ind. alt. Verbaſculum ſalvifolium Proſp. *Alpin.* Exot. 108.

Phlomis involucris hiſpidis ſubulatis, foliis cordatis ſcabris, caule herbaceo L. Sp. 8. foliis cordiformibus, galea lacera *Haller.* Comment. Goetting. Tom. I. Tab. XII. Galeopſis maxima, foliis hormini *Buxbaum.* Byzant. Cent. I. 4. T. VI. Sibiria.

Phlomis foliis lanceolatis ſerratis, involucris linearibus nudis, calycibus decagonis decemdentatis L. Sp. 12. Stachys Africana fruteſcens anguſtifolia, flore longiſſimo phoeniceo, Leonurus dicta *Moriſon.* H. 3. S. XI. T. 19. f. 17. Sideritis Africana, flore aureo oblongo. *Act. Haffnienſ.* Vol. II. obſ. 24. *Loewenſchwantz.* Caput bonæ ſpei.

NAVICVLARIA *Heiſter.* Stachys *Dodon.* Pempt. 90. alia *Camerar.* Matth. Germ. 289. C. incana anguſtifolia, flore aureo *Barrel.* Ic. 1087. Sideritis fruticoſa, tomentoſo lanata L. Sp. 3. Creta. Antecedentibus humilior, ſed reliquus habitus externus cum Phlomide convenit. Tota

planta

planta caulibus & foliis incana & candida. Verticilli florum 2. foliis rotundo acuminatis continentur, ſpeciem naviculæ præbentibus. Perianthium incanum monophyllum,in 5. lacinias diviſum. Corolla in hoc exemplari pallide luteſcens, patula, labio ſuperiori bifido, inferiori trifido, lacinia media in nonnullis ſubdiviſa, longitudine laciniarum parum differente, eisque fere ſola latitudine inter ſe diſtinctis. Filamenta 4. inæqualia, 2. brevioribus, cum totidem antheris. Stilus tubam,ex membrana convolutam,cylindricam refert, ſtigmate lacero. Germen quadripartitum. Semina 4. glabra, e rotundo acuminata.

* BETONICA ſpica interrupta, corollarum lacinia labii intermedia emarginata L. Sp. 1. Betonica *Dodon.* Pempt. 40. *Tabernæm.* Icon. 543. *Cluſ.* H. XXXIX. *Betonie.* ♃ Flore albo variat.

β. Betonica maior Danica *Hort. Cliff.* Planta vulgari maior. Spicæ florum denſiores, labium corollæ ſuperius ſæpe bifidum. Flore albo variat.

Betonica ſpica integra, corollarum lacinia labii intermedia integerrima L. Sp 2.

F 5 orien-

orientalis anguſtiſſimo & longiſſimo folio T. Voyage du Levant T. II. 125.

Betonica verticillata, calycibus ſpinoſis L. Sp. 4. arvenſis annua, flore ex albo flaveſcente T. Alyſſum maius *Tabern.* Ic. 541. Sideritis glabra arvenſis I. *Bauh.* 3. 427. ♃

* *Betonica* foliis inter verticillos diſſitos brevibus, in ariſtam terminatis *Haller.* Helvetic. Sideritis prima *Fuchſ.* 769. vulgaris hirſuta I. *Bauh.* 3. 425. *Gliedkraut.* ♃

Praſium foliis ovato oblongis ſerratis L. Sp. 1. Lamio fruticoſo ſenza macchia di Candia *Zanon.* edit. *Mont.* T. 80. Teucrium fruticans, amplo & albo flore, Italicum *Barrel.* Ic. 895. *Staudige Hecken-Neſſel.* Nonnullorum florum fructus tetragymnoſpermus eſt, plerorumque vero baccatus.

GALEOPSIS internodiis caulinis æqualibus, verticillis omnibus remotis L. Sp. 1. patula ſegetum flore purpuraſcente T. Alyſſum Galeni, flore purpureo *Tabern.* Ic. 54. Ladanum ſegetum *Hiſt. Lugd.* I. 443. ♃

CANNABINASTRUM *Heiſter.* Galeopſis internodiis ſuperne incraſſatis, verticillis ſummis ſubcontiguis L. Sp. 2. Cannabis ſilve-

ſilveſtris quorundam, urticæ inerti affinis I. *Bauh.* 3. 839. ℤ

β. Lamium cannabinum aculeatum, flore ſpecioſo luteo, labiis purpureis *Pluckenet.* Phytogr. T. XLI. f. 4.

SIDERITIS fruticoſa tomentoſa, foliis cordatis, pedunculis ante floreſcentiam nutantibus L. Sp. 1. Stachys canarienſis fruteſcens, verbaſci folio *Commel.* H. A. II. F. 99. Deſcriptio Halleriana convenit. Stigma bifidum foliaceum.

Sideritis herbacea hiſpido piloſa, foliis ſuperioribus amplexicaulibus L. Sp. 4. orientalis Phlomidis folio T. Coroll. Stachys foliis oblongis acutis amplexicaulibus ſerratis, floralibus cordatis acutis integerrimis *Royen.* Prodr.

Sideritis foliis lanceolatis ſubdentatis, bracteis cordatis dentato ſpinoſis, calycibus æqualibus L. Sp. 8. montana ſcordioides *Barrel.* Ic. 1160. valerandi Dourez, brevi ſpica I. *Bauh.* 3. 427. monſpeliaca ſcordioides *Lobel.* Adverſ. nov. 212. Gallia Narbonenſis.

Sideritis Canadenſis altiſſima, ſcrophulariæ folio, flore flaveſcente T. Coroll. Iam ceſſat.

Sideritis ſalviæ vel lavendulæ folio, flore-

ſe albo *Heiſter.* incano oleæ folio, floſculis ex incarnato candicantibus montis Libani *Volckamer.* Fl. Nor. 352. Cuius deſcriptio figuraque ſatis convenit, exceptis corollis, quæ male expreſſæ. Betonica maritima, flore ex luteo palleſcente *Dill.* H. Elth. T. XLII. f. 50? Iunior ſalviæ vel oleæ folio, adultior lavendulæ folio eſt. Folia coniugata integra mollia, ſubtus incana & alba, caules incani albi. Perianthium molle incanum tubuloſum, nonnihil gibbum, in 5. lacinias acutas fere æquales diſſectum. Corolla extus breviter hirſuta, albida, intus ex albo & purpureo variegata, baſi tubuloſa, limbo bilabiata. Labium ſuperius erectum ſubrotundum obtuſum, convexum leviter bifidum. Inferius labium tripartitum, laciniis lateralibus acutioribus & labio ſuperiori minoribus, media latiori ſubrotunda crenata. Filamenta 4. ex albo rubentia, 2. minoribus. Antheræ purpureæ, Germen quadrifidum. Stilus albus, ſummitate bicuſpis. Interdum, unico hucusque mihi cognito in labiatis exemplo, occurrunt floſculi pleni, reliquis intermixti. Loco filamentorum nempe & ſtili adſunt 4. vel 5. laciniæ corollæ interiores & minores,

nores, cochleatæ, laceræ, eiusdem cum reliqua corolla coloris, vel etiam virides, quibus antheræ flavæ lateraliter adhærent.

* PRVNELLA foliis ovato oblongis petiolatis L. Sp. 1. conſolida minor *Tabern.* Ic. 553. Brunella *Dodon.* Pempt. 136. ♃

β. Prunella minor alba laciniata C. B. P.

* STACHYS verticillis ſexfloris, foliis cordatis petiolatis L. Sp. 1. Galeopſis procerior foetida ſpicata T. legitima *Cluſ.* H. XXXVI. Heraclea *Trag.* 5. *Taube Hecken-Neſſel.* ♃

* *Stachys* verticillis ſexfloris, foliis lineari lanceolatis ſemiamplexicaulibus L. Sp. 2. paluſtris aquatica *Tabernæm.* Ic. 377. Galeopſis paluſtris, betonicæ foliis, flore variegato T. Clymenum minus *Hiſt. Lugd.* II. 1357. ♃

* *Stachys* verticillis multifloris, foliorum ſerraturis imbricatis L. Sp. 4. Stachys *Fuchſ.* 766. *Tabernæm.* Ic. 376. *Dodon.* Pempt. 90. *Riechender Andorn.* ♃

Stachys verticillis trigintafloris, calycibus pungentibus L. Sp. 5. folio obſcure virente, flore purpuraſcente *Walther.* Hort. T. XIX. Creta.

Sta-

Stachys Græca, hormini folio, flore ſordide luteſcente, maculis ſpadiceis variegato Niſſole *Haller*. Catalog. Goetting. Cuius deſcriptio convenit.

GALEOBDOLON *Dill.* Catalog. Gieſſ. App. T. IV. Galeopſis verticillis ſexfloris, involucro tetraphyllo L. Sp. 4. Vrtica iners tertia ſ. lamium flore luteo *Dodon.* Pempt. 153. luteum *Tabern.* Ic. 537. Lamiaſtrum *Heiſter.* ♃

* LEONVRVS foliis caulinis lanceolatis trilobis L. Sp. 1. Cardiaca *Fuchſ.* 395. *Matthiol.* 708. *Tabernæm.* Ic. 545. *Hertz-Geſpann.* ♃ Flore albo & foliis criſpis variat.

Leonurus foliis ovatis lanceolatis ſerratis, calycibus ſeſſilibus ſpinoſis L. Sp. 2. Marrubiaſtrum folio cardiacæ Boccone *Boerhav.* Ind. alt. Saxonia. Bohemia. Tubus corollæ brevis, in 2. labia hiſcit, quorum ſuperius brevius latiuſculum obtuſum integrum extus villoſum. Labium inferius tripartitum reflexum, laciniis obtuſis ſubovatis, media lacinia latiore.

Leonurus foliis tripartitis laciniatis, calycibus villoſis L. Sp. 3. Cardiaca foliis tenuius & profundius inciſis, glabra ſeu villoſa *Amman.* Ruthen. n. 62. 63. Tataria.

MO-

MONARDA capitulis terminalibus, caule obtuſangulo L. Sp. 1. Origanum Canadenſe, fiſtuloſo flore, purpureum *Barrel.* Ic. 1221. Labrum ſuperius corollæ rectum anguſtum lineare, in filamenta piloſa terminatum. Inferius reflexum latius, trifidum.

Monarda floribus capitatis verticillatis; lacinia media labii inferioris anguſtiore emarginata, lateralibus obtuſis, caule acutangulo, ramis dichotomis, foliis ovato lanceolatis. Caules plures ex una radice, procumbentes, acute quadranguli, folia petiolata, coniugata, inferiora tactu aſpera, multisque brevibus pilis obſeſſa, ſuperiora glabra. Rami ex alis foliorum dichotomi Verticilli florum 4. foliis rubentibus maioribus, & pluribus, e. gr. 12. minoribus rubris cuſpidatis cinguntur. Calix rubens monophyllus decemſtriatus tubulatus cylindraceus nonnihil incurvus, ore quinquedentato æquali. Corolla monopetala, tota fulgide coccinea, breviter hirſuta, longe maior, quam in antecedente ſpecie. Tubus cylindraceus, calice longior, fauce longa ampla, limbus ringens. Labium ſuperius rectum, anguſtum lineare, integrum obtuſum, ſtami-

na

na & ſtilum involvens. Labium inferius reflexum, latius, trifidum, lacinia media longiore, enguſtiore, emarginata, lateralibus obtuſis. Filamenta 2. dilute rubentia, longitudine labii ſuperioris. Antheræ virentes oblongæ, compreſſæ, utrinque obtuſæ, medio anguſtæ, ſeu didymæ Germen quadrifidum, ſtilus dilute rubens. Stigma bifidum.

Monardæ flore albo nomine miſſa. Nondum floruit.

* MELITTIS L. Sp. pl. Meliſſa Fuchſii *Camerar*. Hort. T. XXX. Herba ſacra quorundam Dalechampii *Hiſt. Lugd.* II. 1336. ♃

3) Labio ſuperiori utplurimum *integro* (interdum bifido) inferiori *quadrifido*

MOLUCELLA calycibus ſeptemdentatis L. Sp. 2. Molucca ſpinoſa *Dodon.* Pempt. 92. Melica vel Molucca aſperior *Lobel.* Adverſ. nov. 221. Inſulæ Moluccæ. Iam ceſſat.

BALLOTE foliis cordatis indiviſis ſerratis L. Sp. 1. Ballote *Fuchſ.* 154. *Camer.* Matth. Germ. 287. *Schwarzer Andorn.* ♃

4) Labio *ſuperiori bifido, inferiori trifido*

* ROS-

*ROSMARINVS L. Spec. pl. coronarius *Dodon.* Pempt. 272. coronarius fruticoſus ſeu nobilior, anguſtiori folio *I. Bauh.* 2. 25. marinum coronarium *Matthiol.* 524. *Rosmarin.* Hiſpania. Gallia. Folio ſtrictiori argenteo, nec non ſtriato aureo variat.

*LAVANDVLA foliis lanceolatis integris, ſpicis nudis L. Sp. 1. altera *Dodon.* Pempt. 273. l. *Tabernæm.* Ic. 368. *Lavendel.* Europa auſtralis.

Lavandula foliis duplicato pinnatifidis L. Sp. 2. folio multifido *Cluſ.* H. 345. II. *Tabern.* Icon. 369. Regio Bætica. Flore albo variat.

Lavandula folio longiori, tenuius & eleganתius diſſecto, ſpica multiplici *Commel.* rar. F. 27.

Lavandula foliis pinnato dentatis L. Sp. 3. Stoechas ſerrata *Tabern.* Ic. 370. folio ſerrato *Dodon.* Pempt. 275. folio criſpo *Cluſ.* Hiſt. 345. Hiſpan. 233. Hiſpania.

Lavandula foliis lanceolato linearibus, ſpica comoſa L. Sp. 4. Stoechas *Dodon.* Coron. 279. *Camer.* Matth. Germ. 238. capitulis foliatis *Hiſt. Lugd.* I. 518.

*MARRVBIVM dentibus calycinis ſetaceis uncinatis L. Sp. 5. album *Tabern.* Ic. 539. vulgare *Cluſ.* H. xxxiv. *Weiſer Andorn.* 2.

Marrubium foliis ſubovatis lanatis, ſuperne emarginato crenatis, denticulis calicinis ſubulatis L. Sp. 3. creticum *Tabern.* Ic. 539.

Marrubium foliis ovatis lanceolatis ſerratis, calicum denticulis ſetaceis L. Sp. 2. alterum Pannonicum *Cluſ.* H. XXXIV.

Marrubium calicum limbis patentibus, denticulis aculeatis L. Sp. 7. album rotundifolium Hiſpanicum *Hermann.* Par. Bat. 201. Hiſpanicum rotundifolium album maius *Barrel.* Ic. 767. Dittamo falſo di Cerigo, o vero Dittamo II. di Theophraſto *Pon.* mont. Bald. 25.

POLYMORPHA *Heiſter.* Horminum foliis cuneiformibus oblongis, caule bifolio L. Sp. 2. Meliſſa atrorubens, bugulæ folio *Dilleni.* H. Elth. T. CLXXV. f. 216. Virginia. Carolina. Plerumque absque corolla conſpicua & perfecta ſemina matura & foecunda copioſa fert. Anno tamen 1759. flores coeruleos ſatis magnos exhibuit, cum Icone & deſcriptione Dilleniana convenientes.

* MELISSA racemis axillaribus verticillatis: pedicellis ſimplicibus L. Sp. 1. Meliſſa *Dodon.* Pempt. 91. *Tabern.* Icon. 355. *Meliſſen.* Italia.

* *Meliſſa* pedunculis axillaribus dichotomis, longitudine foliorum L. Sp. 3. Calamintha vulgaris I. *Tabern.* Ic. 350. montana *Dodon.* Pempt. 98. Italia. Hiſpania. Gallia. Iam ceſſat.

* *Meliſſa* pedunculis axillaribus dichotomis, folio longioribus, caule decumbente L. Sp. 4. Calamintha flore minore, odore pulegii I. *Baub.* 3. 229. altera *Dodon.* Pempt. 98. Italia. Gallia. Anglia. Helvetia.

Meliſſa racemis terminalibus, pedunculis ſolitariis breviſſimis L. Sp. 5. Calamintha clinopodii Auſtriaci foliis, odore pulegii *Plucknet.* Phytogr. T. CLXIII. f. 4. pulegii odore minor *Barrel.* Icon. 1166. Monſpelii.

CLINOPODIVM capitulis ſubrotundis hiſpidis, bracteis ſetaceis L. Sp. 1. Clinopodium *Tabern.* Ic. 353. *Camer.* Matth. Germ. 281. *Wirbel-Doſt.* ♃

β. Clinopodium humilius *Cluſ.* H. 354. ſine Icone.

* NEPETA floribus ſpicatis, verticillis ſubpediculatis, foliis petiolatis, cordatis, dentato ſerratis L. Sp. 1. Cataria herba *Dodon.* Pempt. 99. *Matthiol.* 719. *Katzen-Münze.* ♃

Nepeta floribus ſeſſilibus verticillato ſpicatis, verticillis tomento obvolutis L. Sp. 6. Horminum ſpicatum, lavendulæ flore & odore *Boccon.* Sic. T. 25. f. 2.

Nepeta floribus ſpicatis ſeſſilibus, bracteis ovatis coloratis, verticilla excipientibus, foliis ſeſſilibus L. Sp. 8. tuberoſa ſpicata Hiſpanica *Barrel.* Ic. 1131.

Nepeta (Cataria) foliis ovatis ſerratis hirſutis *Haller.* Catal. Goett. Corolla alba.

Nepeta (Cataria) caule quadrangulo, ſpicis denſiſſimis nudis *Haller.* Catalog. Goett. Betonica maxima Scrophulariæ folio, floribus incarnatis *Hermann.* Par. Bat. 106. virginiana elatior, foliis ſcrophulariæ glabris, flore ochroleuco *Plucknet.* Phytogr. T. CL. f. 3. Labium corollæ ſuperius erectum ſubrotundum emarginatum, leviter bifidum. Labium inferius trifidum.

Nepeta (Cataria) floribus inverſis *Haller.* Comment. Goett. Tom. II. T. XIV. cum icone & deſcriptione exacta. Sinarum regio. Flore albo variat.

5) *Labio ſuperiori bifido, inferiori quadrifido*

* DRACOCEPHALVM floribus verticillatis, bracteis lanceolatis: ſerraturis capillaceis

lacteis L. Sp. 7. Meliſſophyllum Turcicum, *Lobel.* Adv. nov. 220. Meliſſa Moldavica f. Turcica, floribus coeruleis & albis *Camer.* Matth. Germ. 289.

Dracocephalum floribus verticillatis, bracteis oblongis: ſerraturis ſpinoſis, foliis ſubtomentoſis L. Sp. 8. Moldavica orientalis, betonicæ folio, flore magno albo T. Coroll.

Dracocephalum floribus verticillatis, bracteis orbiculatis, ſerrato ciliatis L. Sp. 9. Moldavica orientalis ſalicis folio, parvo flore coeruleo T. Coroll.

Dracocephalum floribus verticillatis, bracteis oblongis ovatis integerrimis, corollis maiuſculis nutantibus L. Sp. 10. Moldavica betonicæ folio, floribus minoribus coeruleis pendulis *Ammann.* Ruthen. n. 57.

Dracocephalum floribus verticillatis, bracteis oblongis integerrimis, corollis vix calice maioribus L. Sp. 11. Moldavica betonicæ folio, floribus minimis, pallide coeruleis *Ammann.* Ruthen. 58.

Dracocephalum foliis cordato triangularibus ſerratis, corymbis geminis pedunculatis axillaribus *Haller.* Comment. Goett. Tom. II. 344. Cataria montana, foliis veroni-

ronicæ pratenſis *Buxbaum.* Cent. 3. T. I. f. 1. Nepeta corymbis geminis pedunculatis axillaribus, foliis cordato oblongis acuminatis ſerratis L. Sp. 11. Sibiria.

VOLCKAMERIA *Heiſter.* Dracocephalum floribus ſpicatis, foliis compoſitis L. Sp. 2. Cedronella Canarienſis viſcoſa, foliis plerumque ex eodem pedicello ternis *Commelin.* H. A. II. F. 41. Dracocephalo affinis Americana trifoliata, Terebinthinæ odore *Volckamer.* Fl. Nor 145.

* HYSSOPUS ſpicis ſecundis L. Sp. 1. vulgaris *Dodon.* Pempr. 287. *Tabern.* Ic. 366. *Yſſop.* Flore coeruleo, rubro & albo variat.

RUYSCHIA *Heiſter.* Dracocephalum floribus ſpicatis, foliis bracteisque linearibus, partitis ſpinoſis L. Sp. 4. Chamæpitys auſtriaca *Cluſ.* H. CLXXXV.

* GLECHOMA foliis reniformibus crenatis L. Sp. 1. Chamæclema vulgare majus *Vaillant.* Bot. Par. T. VI. f. 4. Hedera terreſtris *Tabern.* Ic. 888. Hederula *Heiſter. Gundelreben.* ♃

PSEUDODICTAMNUS verticillatus inodorus T. Pſeudodictamnum *Dodon.* Pempr. 281. Pſeudodictamnus cretenſis *Camer.* Matth. Germ. 241. C. Marrubium calicum

cum limbis planis villoſis, foliis cordatis, caule fruticoſo L. Sp. 8. *Wirbeldoſt.*

Pſeudodictamnus Hiſpanicus, foliis criſpis & rugoſis T. Marrubium Dictamni ſpurii folio & facie *Hermann.* Par. Batav. 200. Labium corollæ ſuperius erectum latum obtuſum, leviſſime bifidum; inferius trifidum, lacinia maiori cordiformi, ſerrata, lateralibus brevibus oblongis.

6) *Labio ſuperiori trifido, inferiori ſimplici*

* SCVTELLARIA foliis cordato lanceolatis crenatis, floribus axillaribus L. Sp. 4. Tertianaria *Tabern.* Ic. 375. Lyſimachia galericulata *Hiſt. Lugd.* I. 1060. *Helm-Kraut.* ♃

Scutellaria foliis ſubcordatis ſerratis, ſpicis interruptis L. Sp. 8? teucrii facie I. *Bauh.* 3 292. Caſſida folio chamædryos, flore coeruleſcente magno *Heiſter.* Planta perennis in ſolo luxurians, tota glabra, vel leviſſime tantum hirſuta. Caules quadranguli. Flores ex alis foliorum ſinguli, perianthium parvum ſubhirſutum, figuræ, ut in reliquis Scutellariis. Labium corollæ ſuperius cum toto dorſo violaceum, trifidum, lacinia media concava, lateralibus extrorſum flexis, minoribus depreſ-

fis & quaſi duplicibus. Labium inferius unicum magnum cordatum, medio ſulcatum, vix bifidum, emarginatum intus album. Stamina & ſtilus, ut in reliquis huius generis ſpeciebus.

Scutellaria foliis inciſo ſerratis, utrinque glabris, ſpica rotundate tetragona L. Sp. 2. Caſſida alpina ſupina, magno flore T. Sibiria. Tataria.

SCUTELLARIA floribus lævibus, carina ſcabris, racemis lateralibus folioſis L. Sp. 3. Caſſida aquatica, flore minimo, pallide coeruleo, foliis veronicæ Claytoni *Gronov.* Virgin.

Scutellaria foliis cordato lanceolatis ſerratis, pedunculis multifloris *Royen.* Prodr. Caſſida folio meliſſæ, flore purpureo longiore *Boerh.* Ind. alt. Virginia.

Scutellaria foliis cordatis obtuſis obtuſeque ſerratis, ſpicis folioſis L. Sp. 12. Caſſida cretica fruticoſa, folio Catariæ, flore albo T. Coroll.

* DICTAMNUS creticus *Camer.* Matth. Germ. 241. C. creticà ſeu vera I. *Bauh.* 3. 253. Dictamnum verum *Dodon.* Pempt. 281. Origanum foliis inferioribus tomentoſis; ſpicis nutantibus L. Sp. 2. *Diptam.* Spicæ floridæ ut plurimum intortæ, corollæ

roſtæque inverſæ, id quod rationem conſtituit, cur a B. *Heiſtero* hæc planta huc referatur.

7) *Labio ſuperiori quadrifido amplo, inferiori ſimplici.*

*OCYMVM foliis ovatis glabris, calycibus ciliatis L. Sp. 2. *Baſilien.* India.

α. Ocymum latifolium maculatum crispum C. B. P. Baſilicum Indicum *Rumph.* Amboin. P. V. T. XCII. f. 1.

β. Ocymum citri odore *Camer.* Matth. Germ. 164.

γ. Ocimum maius bullatum *Barrel.* Ic. 1072. Et aliæ varietates.

COLLINSONIA L. vid. ſupra inter Gymnomonoſpermas.

ORDO III.

Floſculis vix galeatis ſeu *tubuloſis*

1) *quadrifidis*

*PVLEGIVM *Dodon.* Pempt. 282. *Camerar.* Matth. Germ. 240. C. latifolium C. B. P. Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis obtuſis, ſubcrenatis, caulibus ſubteretibus repentibus L. Sp. 8. *Poley.* Z. *Pulegium* cervinum *Hiſt. Lugd.* 1. 892. anguſtifolium I. *Bauh.* 3. 257. Mentha floribus verticillatis, foliis linearibus L.

 Sp.

Sp. 9. Monſpelienſis ager & ad Rhodanum. Iam ceſſat.

LYCOPVS foliis ſinuato ſerratis L. Sp. 1. Marrubium aquatile *Dodon.* Pempt. 595. *Waſſer-Andorn.* ♃

MAPPIA *Heiſter.* Sideritis herbacea decumbens, calycibus ſpinoſis, labio ſuperiori trifido L. Sp. 5. Marrubiaſtrum ſideritidis folio, caliculis aculeatis, flore flavo, cum limbo atro purpureo T. Italia. Corolla monopetala ringens, tubo calice breviore. Labium ſuperius erectum breve concavum, inferius diſtincte trifidum, lacinia media latiori, rotunda concava.

Mappia foliis ovatis tomentoſis, corolla alba, cum limbo nigro. Sideritis Alyſſum F. *Columm.* Phytobaſ. T. IX. Sideritis genus ſpinoſis verticillis I. *Bauh.* 3. 428. Sideritis herbacea decumbens, calycibus ſpinoſis: labio ſuperiori indiviſo L. Sp. 6. Europa auſtralis.

2) *quinquifidis*, capitulis

a) non ſquamoſis

*THYMVS erectus, foliis revolutis ovatis, floribus verticillato ſpicatis L. Sp. 2. Thymus *Camer.* Matth. Germ. 248. C. niger *Tabernæm.* Ic. 356. *Thymian.*

* SER-

Digitized by Google

* SERPILLVM vulgare *Dodon.* Pempt. 277. vulgare minus *Vaillant.* Botan. Pariſ. T. XXXII. f. 7. Thymus floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis, baſi ciliatis L. Sp. 1. *Quendel.* ♃. Variat foliis ex albo & viridi variis; hirſutis; odore citri &c.

ACINOS multis I. *Bauh.* 3. 259. Clinopodium vulgare *Cluſ.* H. 354. Thymus floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis ſubramoſis, foliis acutis ſerratis L. Sp. 4. *Wild Baſilien.* ♃.

* SATVREIA pedunculis bifloris L. Sp. 7. ſativa I. *Bauh.* 3. 272. I. *Camerar.* Matth. Germ. 249. *Satuey.* Gallia Narbonenſis. Italia.

Satureia pedunculis dichotomis lateralibus folitariis, foliis mucronatis L. Sp. 6. Romana II. *Tabern.* Ic. 359. Thymbra *Dodon.* Pempt. 288. Hetruria. Narbona.

THYMBRA floribus ſpicatis L. Sp. 1. ſpicata verior Hiſpanica *Barrel.* Ic. 1230. Thymum maius longifolium, ſtoechadis foliaceo capite purpuraſcente, piloſum *Plucknet.* Phytogr. T. CXVI. f. 5. Macedonia. Libanus.

ZWINGERIA *Heiſter.* Ziziphora floribus lateralibus, foliis lanceolatis L. Sp. 2.

Cli-

Clinopodium orientale hirſutum, foliis inferioribus ocymum, ſuperioribus hyſſopum referentibus T. Coroll. Ipſa folia plantæ ſuprema hiſpida. Stamina haud raro 4.

MENTHA floribus ſpicatis, foliis cordatis dentatis undulatis ſeſſilibus L. Sp. I. ſativa criſpa *Hiſtor. Lugd.* I. 671. *Trag.* 19. *Krauſe Münze*. Sibiria.

* *Mentha* floribus ſpicatis, foliis oblongis ſerratis L. Sp. 2. Menthaſtrum ſpicatum cultum, folio rotundiore rugoſo *I. Bauh.* 3. 218. ♃

* *Mentha* floribus capitatis, foliis ovatis ſerratis petiolatis, ſtaminibus corolla longioribus L. Sp. 3. Nepeta aquatica *Trag.* 20. Calamintha aquatica *Tabernæm.* Ic. 353. ♃

* *Mentha* floribus verticillatis, foliis ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corollam æquantibus L. Sp. 6. arvenſis verticillata hirſuta *I. Bauh.* 3. 217. Calamintha arvenſis *Tabernæm.* Ic. 352. ♃

VERBENA tetrandra, ſpicis faſciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus L. Sp. 9. bonarienſis altiſſima, lavendulæ canarienſis folio, ſpica multiplici *Dillen.* H. Elth. T. CCC. f. 387.

Ver-

Verbena tetrandra, ſpicis longis acuminatis, foliis haſtatis L. Sp. 10. americana altiſſima, ſpica multiplici, urticæ foliis anguſtis, floribus coeruleis *Hermann.* Par. Bat. 242. Canada.

Verbena tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis indiviſis ſerratis petiolatis L. Sp. 11. lamii folio *Barrel.* Ic. 1146. peregrina, foliis urticæ *Dodart.* verſ. Germ. T. XXXV. con foglie d' Ortica *Zanon.* edit. Mont. T. 175. Canada.

* *Verbena* tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido laciniatis, caule ſolitario L. Sp. 13. vulgaris *Cluſ.* H. XLV. *Camerar.* Matth. Germ. 367. C. *Eiſenkraut.* ♃

AMETHYSTINA *Haller*, Comment. Goetting. Tom. I. T. X. montana erecta, foliis exiguis digitatis, trifidis ſerratis, floſculis cum coma in coeruleo ianthinis. *Amman.* Ruthen. 70. Amethyſtea L. Sibiria.

b) capſulis ſquamoſis, floris

1) *labio ſuperiori bifido*, inferiori trifido

* MAIORANA *Dodon.* Coron. 268. tenuifolia *Tabernæm.* Ic. 340. Origanum foliis ovalibus obtuſis, ſpicis ſubrotundis compactis, pubeſcentibus L. Sp. 10. *Maioran.*

* ORIGANVM ſpicis longis pedunculatis

latis aggregatis, bracteis longitudine calicum L. Sp. 6. heracleoticum I. & II. *Tabern.* Ic. 345. *Dodon.* Pempt. 283. *Winter-Maioran.* Europa auſtralis. Græcia.

* *Origanum* ſpicis ſubrotundis pediculatis, conglomeratis, bracteis calice longioribus ovatis L. Sp. 7. ſilveſtre ſ. vulgare *Fuchſ.* H. 552. *Camer.* Matth. Germ. 239. *Doſten.* ♃ Flore albo variat.

2) Labio ſuperiori *trifido*, inferiori *bifido*

HOFMANNIA *Heiſter.* Origanum foliis omnibus glabris, ſpicis nutantibus L. Sp. 3. montis Sipyli *Hermann.* H. L. Bat. 463. ſpicatum montis Sipyli, foliis glabris *Wheler.* Voyage 206. foliis omnibus glabris, ſpicis nutantibus L. Sp. 3. Phrygiæ mons Sipylus. Planta ramoſa multiflora. Folia omnia glabra glauca, Maiorano non diſſimilia, inferioribus maioribus. Spicæ floridæ nutantes, æque ut in Dictamno ſæpe intortæ. Involucrum capitatum ſpicatum, conſtans foliolis imbricatis ovatis laxis purpuraſcentibus glabris. Calix dilute viridis glaber tuberculatus, margine inæqualiter denticulatus. Corolla purpurea monopetala ringens. Tubus cylindraceus compreſſus. Labium ſupe-

ſuperius erectum planum obtuſum ſemi trifidum. Labium inferius bi-vel trifidum, æqualibus fere laciniis. Filamenta 4. purpurea filiformia, corolla multo longiora, inæqualia, 2. brevioribus paulo. Antheræ parvæ purpureæ, pollinem album emittentes. Germen viride quadrifidum. Stilus purpureus filiformis, ad labium corollæ ſuperioris inclinatus. Stigma inæqualiter bifidum.

CLASSIS VIII.
GYMNOTETRASPERMÆ. FLORIBUS TETRAPETALIS.

POTAMOGETON foliis oblongo ovatis petiolatis natantibus L. Sp. 1. rotundiore folio I. *Baub.* 3. 768. *Saam-Kraut.* ♃ *Potamogeton* foliis lanceolatis alternis undulatis ſerratis L. Sp. 5. Fontinalis criſpa I. *Baub.* 3. 770. ♃ Et plures aliæ huius generis ſpecies, in vicinis piſcinis occurrentes.

GYMNOPENTASPERMÆ floribus pentapetalis.

GERANIVM L. & CORIARIA L. videantur inter plantas quinqueloculares.

CLASSIS IX.
GYMNOPOLYSPERMÆ.

ORDO

ORDO I.

1) *Floribus tripetalis*

PLANTAGINASTRVM *Heiſter.* ALISMA foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis L. Sp. 1. Plantago aquatica *Tabernaem.* Ic. 714. *Camerar.* Matth. Germ. 146. *Waſſer-Wegrich.* ♃

SAGITTARIA foliis ſagittatis acutis L. Sp. 1. aquatica minor *Dodon.* Pempt. 588. *Tabernaem.* Ic. 743. *Pfeilkraut.* ♃

ORDO II.

2) *Floribus tetrapetalis* ut plurimum

THALICTRVM caule ſimpliciſſimo ſubnudo, racemo ſimplici terminali L. Sp. 1. *Oeder.* Flor. Danic. Faſc. I. T. XI. minimum montanum atrorubens, foliis ſplendentibus *Boerh.* Ind. alt. 1. 44. Alpes Norwegiae, Lapponiae.

* *Thalictrum* foliis lanceolato linearibus integerrimis L. Sp. 9. pratenſe anguſtiſſimo folio C. B. Prodr. 146. *Plucknet.* Phytogr. T. LXV. f. 6. *Wieſenraute.* ♃

Thalictrum caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecta L. Sp. 10. ſpecioſiſſimum glaucum, ſemine & caule ſtriato I. *Bauh.* 3. 487. ♃

Thalictrum aquilegifolium ſ. fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti

reti L. Sp. 12. maius folliculis anguloſis, caule lævi I. *Bauh.* 3.487. Helvetia. Scania.

CLEMATIS foliis compoſitis decompoſitisque: foliolis ovatis integerrimis L. Sp. 1. altera Dioſcoridis *Camerar.* Matth. Germ. 326. C. *Dodon.* Pempt. 406. purpurea *Tabern.* Ic. 882. Italia. Hiſpania.

β. Clematis flore pleno atro purpureo *de Bry* Florileg. 131.

Clematis foliis compoſitis, foliolis inciſis angularis lobatis cuneiformibus L. Sp. 4. Flammula ſcandens, apii folio glauco *Dillen.* H. Elth. T. CXIX. f. 145. Oriens. Frigoris non nimis intenſi patiens, menſe Novembri interdum adhuc in ſolo viret & floret.

Iatropha foliis cordatis, angulatis L. Sp. 3? Ricinus ficus folio, flore pentapetalo viridi, fructu lævi, pendulo *Sloan.* Catalog. Iamaic. Munduy Guaçu *Piſon.* H. N. 179. Ouchemoly *Heiſter.* Cum hoc fruticé, quem B. Heiſterus ſub hoc nomine accepit, & qui adhuc ſupereſt, & læte viget, Icon Piſonis optime convenit, ſed noſtra planta vix lacteſcit, nec hucusque floruit.

Iatropha foliis palmatis, dentatis, aculeatis L. Sp. 6. Ricinus Tithymaloides americanus, lacteſcens & urens, floribus albis *Commelin.* H. A. I. F. 10. lacteſcens fici foliis, ſpinulis mordacibus armatis *Plucknet.* Phytogr. T. CCXX. f. 3. Braſilia. Planta arboreſcens, flores in corymbis. Calix exiguus viridis, breviſſimus, tubulatus. Corolla candida, extus nonnihil virens, baſi infundibuliformis, ſucculenta, limbo quinquifido, ſi non pentapetala, ut in nonnullis exemplaribus videtur. Filamenta 10. baſi in tubum coalita,

lita, candida, inæqualia 5. brevioribus. Antheræ candidæ, & ſubrotundæ. Germen exiguum, ſubrotundum. Stilus candidus, ſimplex, in 3. ſtigmata capillaria diviſus. Et hæc in omnibus floribus unius eiusdemque umbellæ eadem. In aliis corymbis occurrunt flores de reliquo ſimiles, ſed ſtaminibus deſtituti, germine vero e rotundo acuminato inſigniori inſtructi, cui inſidet ſtilus initio ſimplex, poſtea trifidus, quolibet ſtigmate in 6. alia revoluta ſubdiviſo; quibus pauci flores hermaphroditici, antea deſcripti, intermixti ſunt.

CARDIOSPERMVM L. Sp. pl. Cardiſpermum *Camerar.* Matth. Germ. 455. C. Piſum cordatum *Fabr.* Strychnom. 28. n. IX. Halicacabus peregrinus *Dodon.* Pempt. 455. *Tabernæm.* Ic. 884. *Hertz-Erbſen.* India.

ORDO XIV.

Vnicapſulares, quadriloculares, tetracoccæ.

*EVONYMVS L. vid. Claſſ. XXXI. Ord. II.

TETRAGONIA foliis linearibus L. Sp. 1. Tetragonocarpus africana, rutilans, foliis longis & anguſtis *Commelin.* H. A. F. 103. Africa.

ORDO

ORDO XV.

Unicapſulares quadriloculares, polyſpermæ,
1) flore monopetalo regulari

DATURA pericarpiis ſpinoſis, erectis, ovatis L. Sp. 1. Stramonii alterum genus *Camerar.* Matth. Germ. 377. C. Solanum manicum F. *Columm.* Phytobaſ. T. XII. *Dorn-Apfel.* America, & tota Europa.

β. Stramonium flore & caule violaceo *Haller.* Catal. Goett.

γ. Stramonium ferox *Boccon.* Ic. pl. Sicil. 51. Datura di coccino ſpinoſiſſima *Zanon.* edit. Mont. T. 162. edit. prior. f. XXIX.

* *Datura* pericarpiis ſpinoſis, nutantibus, globoſis L. Sp. 2. Stramonia *Camer.* Matth. Germ. 377. C. *Dodon.* Pempt. 460. *Tabern.* 579. indica. Dutra *Rumph.* Amboin. P. V. T. LXXXVII. f. 1. Aſia. Africa. Calicis anguli nulli, ſed eorum loco 5. nervi elevatiores. Corollæ anguli & plicæ ſæpe 6. limbi ejus vero 12, ſex maioribus, & totidem minoribus. Stamina 6.

* ERICA antheris bicornibus, incluſis, corollis inæqualibus, campanulatis, mediocribus, foliis oppoſitis, ſagittatis L. Sp. 1. Erica *Camerar.* Matth. Germ. 43. *Tabern.*

bern. Ic. IV. prior *Dodon.* Pempt. 767. *Heyde.* ♃ Flore albo variat.

ERICOIDES *Heiſter.* Erica antheris bicornibus, incluſis, corollis ſubgloboſis, aggregatis, calyce longioribus, foliis quaternis, ciliatis, patentibus L. Sp. 8. altera *Dodon.* Pempt 767. II. *Cluſ.* Hiſpan. 110. ♃ Perianthium hirſutum monophyllum, quadripartitum. Corolla purpurea, monopetala, urceolata, fauce anguſtiori, in 4. lacinias exiguas terminata. Haud immerito peculiare genus conſtituit, quum ut RVPPIVS iam obſervavit, in Erica vulgari corolla ſit duplex, exterior (calix ſecundus) tetrapetala, interior brevior, monopetala, quadrifida.

2) *Flore monopetalo irregulari*

* VITEX L. vid. inter arbores Claſſ. XXXI. Ord. I.

MARTYNIA caule ramoſo, foliis angulatis L. Americes vera crux. Perianthium monophyllum, amplum, villoſum, ex albo pallide purpuraſcens, limbo inæqualiter quinquifido, ad baſin 2. bracteis eiusdem coloris ſtipatum. Corolla monopetala, campanulata, extus pallide rubra, intus ſtriis aureis, & maculis ac ſtriis purpureis & aurantiis elegantiſſime variegata. Tubus

Tubus magnus, patens, ventricoſus, inferne ad baſin gibbus, mellifer. Limbus magnus, quinquifidus, obtuſus, patens, laciniis ſubæqualibus, excepta infima, erectiori, crenata. Filamenta 4. alba, purpureis maculis adſperſa, prope baſin incurva, 2. maioribus, rudimento quinti filamenti intra ſuperius par filamentorum reliquorum, cuſpidis inſtar, abſque anthera, locato. Antheræ reliquorum 4. filamentorum purpureæ. Germen oblongum, dilute viride, ſplendens. Stilus longus, albus. Stigma planum, bilabiatum. Corolla delapſa, pedunculus calicem cum fructu continens mire deorſum inclinatur, & trahitur, a mole eius indies ingraveſcente. Qui fructus denique fit maximus, oblongus, recurvus. Pericarpium externum coriaceum. Internum rugoſum, tetragonum, durum, ſupra criſtatum, quadriloculare. Semina plura e. gr. 25. magna, nigra, granulata, compreſſa, rotundo ovata, apice obtuſe acuminata. Roſtrum fructus maturi & ſicci bicorne fit, ita ut integer fructus caput Babyruſſæ *Bontii* aliquo modo referat.

3) *flore tetrapetalo*

* RUTA foliis decompoſitis L. Sp. I. gra-

veolens hortenſis *Camerar.* Matth. Germ. 254. *Dodon.* Pempt. 119. *Weinraute.* Europa auſtralis. Alexandria. Mauritania.

β. Ruta Chalepenſis latifolia, florum petalis villis ſcatentibus *Hermann.* H. L. B. Iam ceſſat.

γ. Ruta tenuifolia, ex viridi & luteo variegata. Iam ceſſat.

EPILOBIVM foliis ſparſis, lineari lanceolatis L. Sp. 1. Lyſimachia ſpecioſa, quibusdam Onagra dicta, ſiliquoſa I. *Bauh.* 2. 907. *Weidrich. Roeslein.* ♃

OENOTHERA foliis ovato lanceolatis, planis L. Sp. 1. Lyſimachia lutea, corniculata, latifolia, Luſitanica *Barrel.* Ic. 1232. Hyoſciamus Virginianus *Alpin.* Exot. 324. Virginia. Europa.

Oenothera foliis lanceolatis, undulatis L. Sp. 2 Onagra Bonarienſis villoſa, flore mutabili *Dillen.* Hort. Elth. T. CCXIX. f. 286.

Oenothera foliis lanceolatis, capſulis acutangulis L. Sp. 3. Onagra anguſtifolia, caule rubro, flore minore T. Virginia. Deſcriptio Linnæana vera.

Oenothera foliis ovato lanceolatis, planis, caule lævi, ſubvilloſo L. Syſtem. Na-

tur.

tur. edit. X. Margo coronans pericarpium frequenter octifidus.

PHILADELPHVS L. vid. inter arbores Claſſ. XXXI. Ord. II.

AMMANNIA foliis ſemiamplexicaulibus, caule tetragono L. Sp. 1. Aparines folio anomala, vaſculo ſeminali rotundo, ſemine minutiſſimo *Sloan.* Catal. Iamaic. *Rai.* H. 3. 264. n. 10. Caribææ. Altitudo plantæ, quæ tota glabra eſt, 3. 4. vel 5. digitorum transverſorum. Caulis quadrangulus, ſimplex, tetragonus, e rubro virens, folia coniugata, baſi caulem amplectentia, ovato lanceolata, anguſta. Floſculi in alis foliorum ſeſſiles, ratione ſtructuræ cum definitione Linnæana convenientes. Iam ceſſat, tulit enim quidem ſemina copioſiſſima, quæ vero terræ commiſſa non germinarunt.

4) *flore pentapetalo*

TRIVMFETTA L. Sp. pl. Lappula Bermudienſis, althæoides, ſpicata, fructu orbiculari, maiore *Plucknet.* Phytogr. T. CCXLV. *f.* 7. Agrimonia lappacea, inodora, folio ſubrotundo, dentato *Sloan.* Catalog. Iamaic. *Rai.* H. 3. 247. Iamaica. Braſilia. Bermudæ. Deſcriptio Linnæana, in Horto Cliffortiano data, præſtans.

ORDO XVI.

Vnicapſulares ut plurimum *quinquelo-*
biculares

* OXALIS ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice ſquamoſo-articulata L. Sp. 1. Oxys *Tabern.* H. 237. Trifolium acetoſum *Camerar.* Matth. Germ. 292. *Sauerklee.* ♃

Oxalis ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice bulboſa L. Sp. 2. Oxys bulboſa, africana, rotundifolia, caulibus & floribus purpureis, amplis *Commelin.* H. A. I. F. 21. Caput bonæ ſpei. Radices bulboſæ. Folia ternata, cordata, margine piloſa, non maculata. Flores ſolitarii, longo pediculo inſidentes. Corolla eleganter purpurea, baſi ex albo flaveſcens. Stigmata barbata.

Oxalis ſcapo umbellifero, foliis ternatis, bipartitis L. Sp. 7. Æthiopia. Radices bulboſæ. Folia maculis fuſcis adſperſa glabra, pediculo florum longiſſimo. Corolla ampla, tenera, ſulphurei coloris, intus ad baſin eleganter ſtriata, ſolis radiis non amplius incidentibus ſe in tubum cylindraceum contrahens.

Oxalis caule ramoſo, diffuſo, pedunculis umbelliferis L. Sp. 11. Oxys lutea *Taber.*

bernæm. H. 237. flore luteo *Cluſ.* Hiſpan. 476. *Hiſt. Lugd.* II. 1355. ♃

* LINVM calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis, alternis, caule ſubſolitario L. Sp. 1. Linum *Tabern.* H. 524. ſativum. *Dodon.* Pempt. 533. *Lein.* Europa auſtralis.

Linum calycibus capſulisque obtuſis, foliis alternis, lanceolato integerrimis L. Sp. 2. perenne, tenuifolium, flore coeruleo maiore, fructu minore *Siegesbeck.* Primit. Fl. Petropol. ſilveſtre tenuifolium *Tabernæm.* Ic. 822. Lino ſilveſtre di Capognano *Zanon.* edit. Mont. T. 167. Sibiria.

* *Linum* foliis oppoſitis, ovato lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis L. Sp. 17. Alſine verna glabra, floſculis albis, vel potius linum minimum *I. Bauh.* 3. 455. Spergula bifolia, lini capitulis *Loeſel.* Fl. Pruſſ. N. 80. ♃

. RADIOLA *Dillen.* Catalog. Gieſſ. App. T. VII. vulgaris ſerpillifolia *Rai.* Synopſ. T. XV. f. 6. Linum foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris L. Sp. 18. Chamælinum vulgare *Vaillant.* Botan. Pariſ. T. IV. f. 6. Linocarpum ſerpilli folio, multicaule & multiflorum *Michel.* nov. gen. T. 21. ♃

CISTVS herbaceus, patulus, villoſus, ſti-pulatus, floribus ſolitariis, ſubſeſſilibus, bractea triplici, oppoſitis L. Sp. 19. ſtipulis quaternis, foliis ſubovatis, ſubtus tomentoſis, caule procumbente *Eiusd.* H. Cliff. annuus I. *Cluſ.* Hiſpan. 154. *Hiſt. Lugd.* I. 228. folio rotundiore I. *Bauh.* 2. 2. Luſitania. Hiſpania.

LEDVM L. Sp. pl. ſileſiacum *Cluſ.* H. 83. *Tabern.* Ic. 1069. Roſmarinus ſilveſtris, minor *Camerar.* Matth. Germ. 274. *Poſt.* ♃

* PYROLA ſtaminibus aſcendentibus, piſtillo declinato L. Sp. 1. Pyrola *Camer.* Matth. Germ. 336. *Tabern.* H. 459. vulgatior *Cluſ.* H. CXVI. *Wald-Mangold.* ♃ Statura elatiori, foliis magis oblongis, piſtilloque florum magis incurvo variat.

NIGELLA floribus involucro folioſo cinctis L. Sp. 1. damaſcena *Ryff.* Dioſc. pict. 241. Melanthium ſilveſtre I. *Camerar.* Matth. Germ. 276. C. agreſte I. *Tabern.* Ic. 72. ♃ Variat flore albo ſimplici, flore coeruleo maiore pleno, flore albo maiore pleno.

Nigella petalis ſubtricuſpidatis, foliis ſubpiloſis L. Sp. 2. flore minore ſimplici candido C. B. P. ſativa *Camerar.* Matth.

Germ.

Germ. 276 C. Melanthium *Dodon.* Pempt. 303. ſativum *Tabern.* Ic. 71. Germania. Ægyptus. Creta.

* *Nigella* piſtillis quinis, petalis integris, capſulis turbinatis L. Sp. 3. Melanthium ſilveſtre II. *Camer.* Matth. Germ. 277. *Dodon.* Pempt. 303. *Schwarzer Kümmel.* ♃

PENTHORVM L. Sp. pl. & *Gronov.* Flor. Virgin. 51. Cuius deſcriptio æque ac Linnæana definitio cum Natura convenit, niſi quod apud nos petala corollæ frequentius deſint.

MESEMBRYANTHEMVM foliis alternis, ovatis, obtuſis, undulatis L. Sp. 2. cryſtallinum, plantaginis folio, undulato *Dillen.* H. Elth. T. CLXXX. f. 211. Africa? Ficula *Heiſter.* *Eiskraut.*

Meſembryanthemum foliis ſemi teretibus, floribus ſeſſilibus, axillaribus L. Sp. 3. capenſe, geniculiflorum, Neapolitanum creditum *Dill.* Hort. Elth. T. CCV. f. 261. Caput bonæ ſpei.

Meſembryanthemum foliis ſubtrigonis, ſubulatis, caule erecto, corymbo trichotomo L. Sp. 5. fruteſcens, floribus albis, umbellatis *Dill.* H. Elth. T. CCVIII. f. 266. Ficoides Africana, erecta, teretifo-

lia, floribus albis, umbellatis *Hermann.* Parad. Bat. 166. Caput bonæ ſpei.

Meſembryanthemum cauleſcens, foliis deltoidibus, triquetris, dentatis L Sp. 9. deltoides, foliis & dorſo, & lateribus muricatis *Dill.* H. Elth. T. CXCV. f. 246. Africa.

Meſembryanthemum foliis apice barbatis L. Sp. 10. radiatum humile, foliis minoribus *Dill.* H. Elth. T. CXC. f. 235. Caput bonæ ſpei.

Meſembryanthemum articulis caulinis, terminatis in folia acuminata, ſubtus dentata L. Sp. 14. perfoliatum, foliis minoribus, diacanthis *Dill.* H. Elth. T. CXCIII. f. 239. Africa.

Meſembryanthemum ſpinis ramoſis L. Sp. 15. fruticeſcens, ramis triacanthis *Dill.* H. Elth. T. CCVIII. f. 265. Africa.

Meſembryanthemum foliis ſubulatis, papilloſis, radice capitata L. Sp. 16. fruticeſcens, radice ingenti, tuberoſa *Dill.* H. Elth. T. CCVII. f. 264. Africa.

Meſembryanthemum foliis ſubulatis, ſemi teretibus, glabris, internodio longioribus L. Sp. 17. tenuifolium, procumbens, folio tenuiore, viridi, flore coccineo *Dill.* H. Elth. T. CCI. f. 256. Africa.

Meſembryanthemum caule repente, ſemi

mi cylindraceo, foliis ſemicylindricis, lævibus, connatis, apice triquetris L. Sp. 19. craſſifolium, repens, flore purpureo *Dill.* H. Elth. T. CCI. f. 257. Africa.

Meſembryanthemum foliis acinaciformibus, connatis: angulo carinali ſcabris, ramis angulatis L. Sp. 21. acinaciforme, flore ampliſſimo, purpureo *Dill.* H Elth. T. CCXI. f. 270. T. CCXII. f. 271. Caput bonæ ſpei.

Meſembryanthemum foliis linearibus obſolete triquetris, diſtinctis: ſummis imbricatis, lævibus L. Sp. 25. foliis confertis, ſplendentibus, flore pallido *Dill.* H. Elth. T. CCIV. f. 260. Caput bonæ ſpei.

Meſembryanthemum foliis ſubcylindricis, acutis, connatis, arcuatis, lævibus L. Sp. 27. foliis verruculiformibus, floribus melinis, umbellatis *Dill.* H. Elth. T. CCIII. f. 259. Africa.

Meſembryanthemum acaule, foliis linguiformibus, altero margine craſſioribus L. Sp. 34. folio linguiformi, longiore *Dill.* H. Elth. T. CLXXXV. f. 227. Africa.

ZYGOPHYLLVM capſulis priſmatico pentaëdris L. Sp. 1. Capparis ſilveſtris *Camer.* Matth. Germ. 197. C. fabago *Dodon.* Pempt. 747. *Bohnen-Cappern.* Syria.

Zygophyllum capſularum angulis compreſſo membranaceis L. Sp. 2. Fabago capenſis, fruteſcens, maior *Dill.* H. Elth. T. CXVI. f. 141. Æthiopia.

HERMANNIA foliis ovatis, plicatis, crenatis, tomentoſis L. Sp. 1. Ketmia africana, fruteſcens, foliis mollibus & incanis *Commel.* H. A. II. F. 79. Æthiopia. Iam ceſſat.

Hermannia foliis lanceolatis, obtuſis, ſerratis L. Sp. 4. Althæa africana, fruteſcens, floribus aureis, cochleatis, pendulis, minoribus *Volckamer.* Fl. Nor. 24. Æthiopia.

Hermannia foliis lanceolatis, obtuſis, integerrimis L. Sp. 5. fruteſcens, folio lavendulæ latiore & obtuſo, flore parvo aureo Boerhavii *Dill.* H. Elth. T. CXLVII. f. 176. Æthiopia.

CORCHORVS capſulis oblongis, ventricoſis, foliorum infimis ſerraturis ſetaceis reflexis L. Sp. 1. Alcea cibaria ſ. Corchorus Americana, carpini foliis, ſextuplici capſula longiore ornata *Plucknet.* Phytogr. T. CXXVII. f. 3. Corcorus *Camerar.* Hort. T. XII. Aſia. Africa. America. Corollæ aurantiæ, parvæ, pendulæ. Iam ceſſat.

ORDO XVII.

Vnicapſulares ſexloculares

1) *flo-*

1) *floribus monopetalis*

* ASARVM foliis reniformibus, obtuſis, binis L. Sp. I. Aſarum *Tabern.* Ic. 751. *Camerar.* Matth. Germ. 9. *Dodon.* Pempt. 358. *Haſelwurtz.* ♃

β. Aſarum virginianum, piſtolochiæ foliis, ſubrotundis, cyclaminum more maculatis *Plucknet.* Phytogr. T. LXXVIII. f. 2.?

* ARISTOLOCHIA foliis cordatis, ſubſeſſilibus, obtuſis, caule infirmo, floribus ſolitariis L. Sp. II. rotunda *Camer.* Matth. Germ. 217. C. I. *Cluſ.* H. LXX. *Rund Oſterlucey.* Italia, Hiſpania. Gallia Narbonenſis. Radix tuberoſa.

* *Ariſtolochia* foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus, confertis L. Sp. 13. vulgaris *Cluſ.* H. LXXI. Saracenica *Dodon.* Pempt. 326. ♃

2) *floribus hexapetalis*

BVTOMVS L. vid. Claſſ. I. Ord. III.

ORDO XVIII.

Vnicapſulares, multiloculares floribus polypetalis

NYMPHÆA calice magno, pentapetalo L. Sp. I. lutea *Camer.* Matth. Germ. 305. C. *Tabern.* Ic. 741. *Dodon.* Pempt. 585. *Seeblumen.* ♃

* *Nym-*

* *Nymphæa* foliis cordatis, integerrimis, calice quadrifido L. Sp. 2. alba *Tabern.* Ic. 749. *Dodon.* Pempt. 585. Aguape *Piſon.* H. N. 219. ♃ Europa tota & America.

CLASSIS XV. MVLTICAPSVLARES.

ORDO I.

Multicapſulares plantæ, utplurimum tamen

1) *Diangiæ* ſ. bicapſulares (capſulis raro pluribus)

* VINCA caulibus procumbentibus, foliis lanceolato ovatis L. Sp. 1. Clematis daphnoides *Camerar.* Matth. Germ. 325. C. *Tabern.* Ic. 880. *Dodon.* Pempt. 405. *Sinngrün* ♃ Variat flore albo ſimplici, & flore pleno rubro.

Vinca caulibus erectis, foliis ovatis L. Sp. 2. Pervinca maior Lobelii *Hiſt. Lugd.* I. 833. Clematis daphnoides, latifolia *Cluſ.* H. 121. daphnoides, minor *Dodon.* Pempt. 406. Gallia Narbonenſis. Hiſpania. Stilus viridi albus in 2. orbiculos terminatur, quorum inferior minor, aurantii coloris, ſuperior viridis, latior. Huic inſidet Stigma viride, cylindraceum, cavum, in 5. lacinias hirſutas, candidiſſimas termi-

minatum, quæ corpus quoddam pentagonum formant.

Vinca caule fruteſcente, erecto, rigido, foliis ovatis *Milleri* L. Syſtem. Nat. edit. X. Flores aëris liberioris impatientes. Color corollæ amoene & fulgide roſeus.

ASCLEPIAS foliis ovalibus, ſubtus tomentoſis, caule ſimpliciſſimo, umbellis nutantibus L. Sp. 2. Apocynum Syriacum *Cluſ.* H. LXXXVII. Beid el Sfar *Vesling.* Ægypt. 28. *Hundkohl.*

Aſclepias foliis lanceolatis, caule ſuperne diviſo, umbellis terminalibus congeſtis L. Sp. 8. Apocynum minus, rectum, canadenſe. *Barrel.* Ic. 72? Carolina. Sed noſtræ plantæ radix perennat vel in ſolo.

Aſclepias foliis lanceolatis, petiolatis, glabris, caule ſimplici, umbellis erectis, ſolitariis L. Sp. 9. Apocynum radice fibroſa, petalis coccineis, corniculis croceis *Dill.* H. Elth. T. XXX. f. 33. curaſſavicum ſ. Americanum, fibroſa radice, floribus aurantiis, chamænerii foliis, latioribus *Hermann.* Par. Bat. 36.

* *Aſclepias* foliis ovatis, baſi barbatis, caule erecto, umbellis proliferis L. Sp. 12. Vincetoxicum *Dodon.* Pempt. 407. *Camer.* Matth.

Matth. Germ. 280. Apocynum F. *Columm.* Phytobaſ. T. XXV. *Schwalbenwurtz.* ♃

Aſclepias foliis ovatis, baſi barbatis, caule ſuperne ſubvolubili L. Sp. 13. flore nigro *Tabern.* Ic. 730. *Camerar.* Matth. Germ. 280. nigra Dalechampii *Hiſt. Lugd.* II. 1145. Monſpelium. Pedunculus, calix, corolla, quæ plana eſt, & Nectaria colore pullo tincta ſunt, quæ vero Nectaria in hac & proxime antecedente ſpecie aliter ſe habent, quam in reliquis. Sunt enim eorum 10. quorum 5. maiora, ſaccata, globoſa & clauſa ſunt, nullumque corniculum emittunt, 5. vero his interpoſita minora, totidem ſquamas planas, lucidas, referentia. Cuncta inter ſe cohærent, & unum circulum conſtituunt, genitalia cingentem. Antheræ pullæ Corpuſculum truncatum & germina virent.

Aſclepias foliis revolutis, lanceolatis, caule fruticoſo L. Sp. 14. Apocynum africanum, erectum, villoſo fructu, ſalicis folio lato, glabro *Commelin.* H. A. H. F. 25. *Hermann.* Par. Bat. 24. erectum elatius, ſalicis anguſto folio, folliculis piloſis *Plucknet.* Phytogr. T. CXXXVIII. f. 3. Æthiopia. Variat fructu villoſo maiori, lineis rubris ornato.

Aſcle-

Aſclepias (Apocynum) ſcandens, foliis convolvuli, purpuraſcente flore *Hort. Carolsruh.* Ibati Braſilienſium Marcgrafii Er. *Franciſc.* N. XXXVI. Apocynum ſcandens, africanum, vincæ pervincæ foliis, viride, fructu villoſo *Hermann. Par. Bat.* 58. deſcriptio absque Icone. Folia petiolata. Flores in corymbis axillaribus. Perianthium viride, parvum, quinquifidum, perſiſtens. Corolla ex albo pallide incarnata, monopetala, patens, quinquifida, laciniis ovato acuminatis, leviter flexis. Nectaria 5. eiusdem cum corolla coloris, cingentia genitalia, quorum ſingulum ex ovato oblique extrorſum auritum, e cuius fundo corniculum acutum, verſus genitalia inflexum, ſurgit. Corpuſculum truncatum album genitalia tegit, ſquamis 5. ad latera obvolutum, totidem rimis dehiſcens. Filamenta nulla. Antheræ tumentes, luteæ, corpuſculo truncato Nectarii obvolutæ. Germina 2. Stilus nullus. Fructus hucusque nulli, licet quotannis floreat. Quum hæc ſtructura floris ſit Aſclepiadis, ad Cynanchum 1. L. non poterit referri, cum quo de reliquo habitu externo planta convenire videtur.

CYNANCHUM caule erecto, divaricato, foliis

foliis cordatis, glabris L. Sp. 5. Apocynum *Camer.* Matth. Germ. 385. I. latifolium *Cluſ.* H. 124. folio rotundiore, flore ex albo palleſcente *I. Bauh.* 2. 134. Syria.

APOCYNASTRVM *Heiſt.* Apocynum caule rectiuſculo, herbaceo, foliis ovatis, utrinque glabris, cymis terminalibus L. Sp. 1. canadenſe, foliis Androſæmi maioris *Boccon.* Ic. Sic. T. 16. F. III. americanum, foliis Androſæmi maioris, flore lilii convallium, ſuave rubentis *Dodart.* Memoir. verſ. Teut. T. III. Virginia. Canada. Corolla campanulata, non profunde laciniata; quæ vero muſcipula, & muſcis fere ſemper repleta, mortuis. Nectarium ægre conſpicuum.

APOCYNVM caule rectiuſculo, herbaceo, foliis ovato lanceolatis L. Sp. 3. maritimum, erectum, flore albo *Hermann.* Par. Bat. 39. ſine Icone. Eſula rara, e Lio venetorum Lobelii *Hiſt. Lugd.* II. 1655. Adriatici maris Inſulæ. Radix repentiſſima, in ſolo perennans.

STISSERIA *Heiſter.* Stapelia denticulis ramorum patentibus L. Sp. 1. Apocynum humile, aizoides, ſiliquis erectis, africanum *Hermann.* H. L. B. 53. *Stiſſer.* Botan. curioſ. T. III. Caput bonæ ſpei.

β. Aſcle-

β. Aſclepias africana, aizoides, folio compreſſo, digitato *Volckamer*. Fl. Nor. 39.

PERIPLOCA floribus interne hirſutis L. Sp. I. foliis oblongis *Hortulan. Angl.* T. 15. Apocynum repens *Camer.* Matth. Germ. 385. anguſtifolium *Cluſ.* H. 125. Syria.

NERIVM L. vid. inter arbores Claſſ. XXI. Ord. I.

ORDO II.

2) *bicapſulares* & *tricapſulares* utplurimum

* PAEONIA L. *Gichtroſen.* Nemora montium Idæ, Helvetiæ.

α. Paeonia femina *Fuchſ.* H. 202. *Dodon.* Coron. 116. Flore pleno variat.

β. Paeonia mas *Camer.* Matth. Germ. 313. C. *Dodon.* Coron. 114. Pempt. 194. Flore pleno variat.

γ. Paeonia flore carneo *Heiſter.* ſimplici & pleno.

δ. Paeonia flore albo, ſimplici & pleno.

GARIDELLA L. Sp. pl. *Gouan.* Hort. Reg. Monſpel. foliis tenuiſſime diviſis *Garidell.* Tab. 39. Melanthio peregrino, o vero di CandiaFr. *Pon.* mont. Bald. 46. Gallo-Provincia.

* DELPHINIVM nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo L. Sp. I. Flos regius ſilveſtris.

R

veſtris *Dodon.* Pempt. 252. arvenſis *Tabern.* Ic. 62. *Ritterſporn.* ♃

Delphinium nectariis monophyllis, caule ſimplici L. Sp. 2. Flos regius *Dodon.* Pempt. 252. Conſolida regalis, ſativa *Tabern.* Ic. 63. Flore maiore & minore, ſimplici & pleno, nec non colore variat.

Delphinium nectariis diphyllis, labellis bifidis, apice barbatis, foliis inciſis, caule erecto L. Sp. 5. perenne, aconiti folio ampliori, floribus coeruleis, longioribus pediculis inſidentibus, minus villoſum *Ammann. Ruthen.* n. 174. Sibiria.

Delphinium perenne, ſiliquis ternis, foliis ſemiquinquelobis, lobis ſemitrilobis *Haller.* Catal Goett. hybridum L. Amoenit. Acad. III. 37.

Delphinium perenne, montanum, villoſum, aconiti folio T. Aconitum lycoctonum, coeruleum, calcari magno I. *Bauh.* 3. 657. lycoctonum, coeruleum, flore Delphinii Sileſiaci *Cluſ.* H. XCII. Sileſia. Folia rotundiora, minora, magis villoſa, & pluries inciſa, quam in Sibirico.

ORDO III.

1) *Tricapſulares* & *quinquecapſulares* ut plurimum

ACONITVM foliis palmatis, multifidis, villoſis

villoſis L. Sp. 1. luteum *Tabern.* Ic. 583. lycoctonum, luteum, maius *Dodon.* Pempt. 439. lycoctonum, vulgo Luparia *Camer.* Matth. Germ. 380. C. reticulata radice, flore ſulphureo albicante, latifolium *Barrel.* Ic. 599. *Wolfswurtz.* ♃

Aconitum foliis multifidis: laciniis ſemipartitis: ſuperne latis L. Sp. 2. coeruleum, parvum *Dodon.* Pempt. 441. lycoctonum X. Thora Italica *Cluſ.* H. XCVIII. Italia. Bohemia. Flores modo coerulei, modo ex albo & coeruleo variegati.

Aconitum foliorum laciniis linearibus, ſuperne latioribus, linea exaratis L. Sp. 3. Napellus *Dodon.* Pempt. 442. maior, latifolius & anguſtifolius *Tabern.* Ic. 583. 584. vulgaris *Cluſ.* H. XCVI. *Eiſenhuth.* Herruria. Bavaria. Gallia.

* *Aconitum* floribus pentagynis L. Sp. 5. Antora ſ. Antitora *Camerar.* Matth. Germ. 455. Anthora vulgaris *Cluſ.* H. XCVIII. *Giftheil.* Alpes.

* DICTAMNVS L. Sp. pl. albus *Camer.* Matth. Germ. 242. Fraxinella *Dodon.* Pempt. 348. *Cluſ.* H. 99. *Tabern.* Ic. 775. *Weiſer Diptam.* Germania. Italia. Flore albo variat.

SPIRÆA foliis lanceolatis, obtuſis, ferra-

 tis,

tis, nudis, floribus duplicato racemoſis L. Sp. 1. Theophraſti forte *Cluſ.* H. 84. I. *Bauh.* 1. 559. *Spier - Staude*. Sibiria, Tataria.

Spiræa foliis integerrimis, umbellis ſeſſilibus L. Sp. 3. Pruno ſilveſtri affinis, Canadenſis *Plucknet.* Phytogr. CXVIII. f. 5. Virginia. Canada. Nectarium flavum, annulare, granulatum, baſi laciniarum calicis adpoſitum.

Spiræa foliis lobatis, ſerratis, corymbis terminalibus L. Sp. 6. Evonymus Virginiana, ribeſii folio, capſulis eleganter bullatis *Commelin.* H. A. I. F. 87. Virginia. Canada.

TRIBULUS foliolis ſexiugatis, ſubæqualibus L. Sp. 3. terreſtris *Cluſ.* H. CCXLI. *Dodon.* Pempt. 577. terreſtris minor, incanus *Barrel.* Ic. 558. *Burzeldorn*. Europa auſtralis. Iam ceſſat.

2) *quinquecapſulares ſemper*

GERANIUM calicibus monophyllis: tubis longiſſimis, ſubſeſſilibus, radice ſubrotunda L. Sp. 1. triſte Cornuti *Barrel.* Ic. 68. Æthiopia.

β Geranium Africanum, noctu olens, radice tuberoſa, foliis paſtinacæ incanis, lanugi-

lanuginoſis, latioribus & anguſtioribus *Hermann.* H. L. B. & *Boerh.* Ind. alt.

Geranium calycibus monophyllis, foliis tripartitis, inciſis, intermedia lacinja maiore, pedunculis umbelliferis, geminis, caule carnoſo L. Sp. 2 Africanum, folio alceæ, flore coccineo, fulgidiſſimo *Dillen.* H. Elth. T. CXXX. f. 157. Surinamenſe, chelidonii folio, flore coccineo, petalis æqualibus *Till.* H. Piſan. T. 26. Æthiopia.

Geranium calycibus monophyllis, foliis orbiculato reniformibus, tomentoſis, crenatis, integriuſculis L. Sp. 3. Africanum arboreſcens, malvæ folio, pingui, flore coccineo *Dill.* Hort. Elth. T. CXXV. f. 151. Africa.

Geranium calycibus monophyllis, corollis papilionaceis, vexillo dipetalo, foliis bipinnatis L. Sp. 5. africanum, myrrhidis folio, flore albicante, radice rapacea *Commel.* H. A. II. F. 63.

β. Geranium africanum, tuberoſum, anemones folio, incarnato flore *Hermann.* Parad. Bad. 178.

Geranium calycibus monophyllis, foliis cucullatis, dentatis L. Sp. 7. africanum arboreſcens, foliis cucullatis, anguloſis *Dill.* H. Elth. T. CXXIX. f. 156. africa-

 num

num, arboreſcens, Ibiſci folio, rotundo, carlinæ odore *Hermann.* H. L. B. 175.

Geranium calycibus monophyllis, caule carnoſo, gibboſo, foliis ſubpinnatis L. Sp. 8. africanum, carnoſum, petalis anguſtis, albicantibus *Dill.* H. Elth. T. CXXVII. f. 154. africanum, noctu olens, tuberoſum & nodoſum, aquilegiæ foliis *Hermann.* H. L. B. 285. *Stiſſer.* Bot. curioſ. F. IX.

Geranium calycibus monophyllis, foliis quinquelobis, integerrimis, glabris, peltatis L. Sp. 9. africanum, foliis inferioribus aſari, ſuperioribus ſtaphidis agriæ, maculatis, ſplendentibus, & acetoſæ ſapore Commelini *Boerh.* Ind. alt.

Geranium calyculis monophyllis, foliis cordato orbiculatis, inciſis, Zona notatis L. Sp. 11. africanum, arboreſcens, alchimillæ hirſuto folio, floribus rubicundis Commelini *Rai.* H. 3. 228. 1.

β. Geranium africanum, arboreſcens, alchimillæ folio, hirſuto, elegantiſſime variegato, floribus rubicundis *Boerh.* Ind. alt.

Geranium calycibus monophyllis, foliis aſcendentibus, pubeſcentibus, lobatis L. Sp. 12. africanum, arboreſcens, vitis folio, odore meliſſæ *Dillen.* H. Elth. T. CXXVI. f. 153.

Geranium calycibus monophyllis, foliis lobatis, nudatis, villoſis L. Sp. 13. africanum, fruteſcens, malvæ folio, laciniato, odorato *Hermann.* H. L. B. 278.

Geranium calycibus monophyllis, foliis orbiculatis, palmatis, inciſis, piloſis, caule herbaceo L. Sp. 14. africanum, alchimillæ hirſuto folio, floribus albidis *Hermann.* H. L. B 283. *Stiſſer.* Botan. curioſ. T. VIII. Foliis circulo fuſco inſcriptis, nec non floribus rubicundis variat.

Geranium calycibus monophyllis, caule carnoſo, breviſſimo, ramis longis, foliis cordatis L. Sp. 15. africanum, humile, folio fragrantiſſimo, molli *Dill.* H. Elth. T. CXXXI. f. 138.

Geranium calycibus monophyllis, pedunculis multifloris, foliis cordatis, ſubrotundis, lobatis, crenatis L. Sp. 16. africanum, uvæ criſpæ folio, calycibus procumbentibus, floribus exiguis, rubellis *Hermann* H. L. B. 289. Flores fugaciſſimi.

Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis pinnatis, inciſis, cotyledonibus pinnatifidis L. Syſt. Nat. edit. X. tertium Plinii, acus moſchata *Hiſt. Lugd.* II. 1277. moſchatum *Chabr.* 488. ♃

Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis cordatis, ſublobatis L. Sp. 22. malvaceum I. *Bauh.* 3. 479. *Hiſtor. Lugd.* II. 1280. monſpeliacum ſ. malvaceum *Tabern.* Ic. 60. Italiæ, Galliæ Narbonenſis, Angliæ maritima. Flores exigui, ita ut 3. petala inferiora corollæ vix calycem ſuperent; ſed ex pulcherrimis. Limbus omnium petalorum margine coloris incarnati, 2. ſuperiorum vero extus elegantiſſime coccineus, intus ſtriatus. Caules nodoſi, ramoſi, atro purpurei, piloſi, procumbentes.

Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis pinnatis, acutis, ſinuatis L. Sp. 23. acu longiſſima C. B. Prodr. ſine Icone. ſpecioſum, annuum, longiſſimis roſtris, creticum I. *Bauh.* 3. 479.

Geranium pedunculis bifloris, foliisque alternis, calycibus ſubariſtatis, caule erecto L. Sp. 26. pullo flore *Cluſ.* H. XCIX. Alpes.

. *Geranium* pedunculis bifloris, foliis peltatis, multipartitis, rugoſis, pinnato laciniatis, acutis L. Sp. 29. III. batrachioides *Dodon.* Pempt. 63. maius *Cluſ.* H. C ℤ

* *Ge-*

* *Geranium* pedunculis bifloris, calycibus piloſis, decemangulatis L. Sp. 31. Robertianum *Dodon.* Pempt. 62. *Tabern.* Ic. 56. *Storchſchnabel. Ruprechts-Kraut.* ♃

* *Geranium* pedunculis bifloris, calycibus pyramidatis, angulatis, rugoſis, foliis quinquelobis, rotundatis L. Sp. 32. ſaxatile *Thal.* Hercyn. T. V. *Chabr.* Sc. 488. ♃

Geranium pedunculis bifloris, calycibus ariſtatis, foliis multifidis, pericarpiis hirſutis L. Sp. 34. columbinum, Carolinum, capſulis nigris, hirſutis *Dill.* H. Elth. T. CXXXV. f. 162.

* *Geranium* pedunculis ſubunifloris, foliis quinquepartitis, trifidis, orbiculatis L. Sp. 38. VII. hæmatodes *Cluſ.* H. CII. VI. *Fuchſ.* H. 209. Sanguinaria radix *Trag.* 348. columbinum, erectum, tenuius laciniatum, flore magno *Loeſel.* Fl. Pruſſ. n. 18. *Taubenfuß.* Europæ prata ſicca.

β. Geranium Lancaſtrienſe, flore eleganter ſtriato *Dill.* H. Elth. T. CXXXVI. f. 163. romanum, verſicolor ſ. ſtriatum C. B. P.

CORIARIA foliis ovato oblongis L. Sp. I. Coriaria *Niſſole* Act. Gallic. verſ. Steinwehr. P. III. 856. Rhus myrtifolia, monſpeliaca *Hortulan. Angl.* T. 20. *Gerber-Staude.*

ORDO IV.

Quinquecapſulares & multicapſulares

1) foliis tenuibus, compoſitis

* AQVILEGIA nectariis incurvis L. Sp. 1. Aquilegia *Dodon.* Pempt. 181. *Tabern.* Ic. 40. Iſopyrum F. *Columm.* Phytob. T. I. *Agley.* ♃ Varietates hortenſes plures, tam flore ſimplici, quam ſtellato, hocque ultimo vel nectariis multiplicatis, vel ſtellato tantum, vid. *Camerar.* Matth. Germ. 207. & *Swert.* Florileg. II. T. 8.

DIOSMA foliis linearibus, hirſutis L. Sp. 2. Spiræa africana, odorata, foliis piloſis *Commelin.* rar. F. 3. *Africaniſche Spierſtaude.* Caput bonæ ſpei. Perianthium viride, parvum, laciniis acutis, tenuibus, perſiſtentibus. Petala 5. alba, ovata, obtuſa, erecto patula, calice longe maiora, perennantia. Nectarium elegans, pentagonum margine, fundum corollæ occupat. Filamenta 5, viridia, cum totidem antheris ſubrotundis, flavis. Pericarpium figura & odore cum aniſo ſtellato convenit.

2) foliis craſſis, ſucculentis

COTYLEDON foliis ſubrotundis, planis, integerrimis L. Sp. 1. africanum, fruteſcens, foliis orbiculatis, limbo purpureo cin-

cinctis T. Sedum africanum, fruteſcens, incanum, orbiculatis foliis *Hermann.* H. L. B. 549. 550. 551. *Nabelkraut.* Caput bonæ ſpei.

Cotyledon foliis ſemiglobofis L. Sp. 2. capenſis, folio ſemiglobato *Dill.* H. Elth. T. XCV. f. 111. Æthiopia. Menſe Octobri anno 1762. hic primum floruit. Perianthium monophyllum, glabrum, ſemiquinquifidum, baſi ovata. Corolla modo clauſa, modo aperta, monopetala, tubo viridi, longo, anguſto, limbo dilute roſeo, quinquifido, laciniis acutiſſimis, carinatis, non revolutis. Filamenta 10. duorum ordinum, antheræ dilute flavæ. Nectaria & germina 5. Stili 5. Stigmata acuta.

Cotyledon foliis laciniatis, floribus quadrifidis L. Sp. 6. afra, folio craſſo, lato, laciniato, floſculo aureo *Boerh.* Ind. alt. II. 288. Planta anatis *Rumph.* Amboin. P. V. T. XCV. Ægyptus. Obſervatio Linnæana de una quinta parte numeri, in ſingulis fructificationis partibus in hac ſpecie deficiente, vera. Filamenta ſunt 8. 4. ſuperiora, & 4. inferiora.

CRASSVLA foliis lanceolato ſubulatis, ſeſſilibus, connatis, canaliculatis: ſubtus convexis L. Sp. 2. altiſſima, perfoliata *Dill.* H.

H. Elth. T. XCVI. f. 113. Æthiopia. Corollæ albæ. Petala interdum 6. cum totidem filamentis albis, haud raro latiuſculis, & aliquid petaloidei referentibus. Antheræ & germina totidem.

Craſſula foliis ſubulatis, obſolete tetragonis L. Sp. 3. fruticans, foliis teretibus, flore parvo, albo *Trew.* Commerc. Noric. litter. Ann. 1736. 411. 412. T. VI. f. 8. Æthiopia. Quovis fere anno floret. Flores corymboſi. Involucrum univerſale & partiale diphyllum. Perianthium viride, parvum, quinquifidum. Corolla alba, poſtea flaveſcens, tenera, infundibuliformis, fere ad baſin quinquepartita. Filamenta 5. alba, cum totidem antheris purpureis. Nectaria 5. ſemilunata, flaveſcentia. Germina 5. alba, oblonga. Stili 5. albi. Stigmata obtuſa.

Craſſula caule flaccido, prolifero, determinate folioſo, foliis patentiſſimis, imbricatis L. Sp. 9. orbicularis, repens, foliis ſempervivi *Dill.* H. Elth. T. C. f. 118. Æthiopia.

Craſſula foliis planis, anguſtis, oblongis, integris, retuſis, depreſſis, cruciatis, foliis oppoſitis, obtuſe ovatis, integerrimis: hinc anguſtioribus L. Sp. 4? ana-
[illegible] cam-

campſerotis folio *Dill.* H. Elth. T. CXVII. f. 114 Præter figuram foliorum in noſtra nonnihil diverſam, in eadem flores ex luteo coccinei ſunt, in omnibus de reliquo cum deſcriptione & icone Dilleniana convenientes, etiam quod ad odorem mellitum attinet. Tota quoque reliqua facies externa in utriſque plantis vix differt, hinc fortaſſe tantum unius ſpeciei varietates ſunt.

* SEDVM foliis planiuſculis, ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto L. Sp. 2. Fabaria ſ. craſſula, albo flore *Camer.* Matth. Germ. 210. Telephium I. *Tabern.* Ic. 844. *Dodon.* Pempt. 130. *Fette Henne.* ♃ Flore purpureo variat.

Sedum foliis cuneiformibus, integerrimis, caulibus decumbentibus, floribus corymboſis L. Sp. 3. Telephium minus *Tabernæm.* Ic. 845. ſemper virens *Dodon.* Pempt. 130. ♃

Sedum foliis lanceolatis, ſerratis, planis, caule erecto, cyma ſeſſili, terminali L. Sp. 4. Anacamperos, flore flavo *Ammann.* Ruthen. T. XI. Sibiria.

Sedum foliis planis, caule ramoſo, floribus paniculatis L. Sp. 7. Cepæa *Tabern.* Ic.

Ic. 443. *Camer.* Matth. Germ. 394. *Cluſ.* H. LXVIII. Monſpelium. Geneva.

* *Sedum* foliis oblongis, obtuſis, teretiuſculis, ſeſſilibus, patentibus, cyma ramoſa L. Sp. 10. minus I. *Cluſ.* H. LIX. Sempervivum minus alterum *Dodon.* Pempt. 129. vulgo *Trique-Madame.* ♃

* *Sedum* foliis ſubovatis, adnato ſeſſilibus, gibbis, erectiuſculis, alternis, cyma trifida L. Sp. 12. Illecebra ſ. Sempervivum tertium *Dodon.* Pempt. 129. Vermicularis *Camer.* Matth. Germ. 393. C. minus VIII. cauſticum *Cluſ.* H. LXI. *Mauer-Pfeffer.* ♃

SEMPERVIVUM caule arboreſcente, lævi, ramoſo L. Sp. 1. arboreſcens *Camer.* Matth. Germ. 393. C. ſ. ſedum arboreſcens, maius *Dodon.* Pempt. 127. Sedum maius, legitimum *Cluſ.* H. LVIII. Luſitania. Creta. Corcyra. Zacynthus. Thyrſus floriger ſpecioſus, racemis florum ſparſis. Calix decemfidus. Petala corollæ 9. vel 10. coloris aurei. Stamina 10. Capſulæ 10. Variat foliis variegatis, tricoloribus.

* *Sempervivum* foliis ciliatis, propaginibus patentibus L. Sp. 3. maius *Tabern.*

Ic.

Ic. 842. alterum *Dodon.* Pempt. 127. vulgare I. *Bauh.* 3. 687. *Hauslaub.* ♃

Sempervivum foliis pilis intertextis, propaginibus globoſis L. Sp. 5. montanum, roſeum, minus, reticulatum *Barrel.* Ic. 393. Alpes.

* RHODIOLA L. Sp. pl. Rhodia radix *Dodon.* Pempt. 347. *Cluſ.* H. LXV. *Camer.* Matth. Germ. 357. C. Roſea radix *Tabern.* Ic. 846. *Roſenwurtz.* Alpes. Calix ſæpe quinquepartitus. Corolla pentapetala. Nectaria 5. Stamina 8. 10. 12. Germen, deſtitutum ſtilo & ſtigmate.

ORDO V.

Sexcapſulares utplurimum

HELLEBORVS flore folio inſidente L. Sp. 1. Aconitum luteum, minus *Dodon.* Pempt. 440. hyemale *Camerar.* Matth. Germ. 381. Ranunculus cum flore in medio folio, radice tuberoſa I. *Bauh.* 3. 414. *Winter-Wolffswurtz.* Italia.

* *Helleborus* ſcapo ſubunifloro, ſubnudo, foliis pedatis L. Sp. 2. niger, legitimus *Cluſ.* H. 274. flore albo *Swert.* II. T. 1. II. *Camerar.* Matth. Germ. 418. C. Veratrum nigrum Stiriacum *Tabern.* Ic. 723. *Chriſtwurtz. Schwartz Nieſswurtz.* Auſtria.

ſtria. Stiria. Hetruria. Montes Apennini. Variat flore magno, obſolete purpureo.

* *Helleborus* caule multifloro, folioſo, foliis digitatis L. Sp. 3. niger I. *Camerar.* Matth. Germ. 418. C. Veratrum nigrum II. *Tabern.* Ic. 723. *Dodon.* Pempt. 385. *Cluſ.* H. 274. Montes Vienneſes. Euganei.

* *Helleborus* caule multifloro, folioſo, foliis pedatis L. Sp. 4. Helleboraſter maximus *H. Aichſtatt.* Hybern. T. 3. F. 1. Veratrum nigrum III. *Dodon.* Pempt. 386. Conſiligo Columellæ *Camer.* Matth. Germ. 419. Helleboraſtrum magnum *Tabern.* Ic. 722. *Læus-Kraut.* Germania. Gallia.

ISOPYRVM ſtipulis ſubulatis, petalis acutis L. Sp. 1. Helleborus, foliis fumariæ *Ammann.* Ruthen. T. XII. Sibiria.

ORDO VI.

Multicapſulares, quæ ut plurimum ultra 6. obtinent

1) *flore roſeo*

RANVNCVLASTRVM *Heiſter.* TROLLIVS corollis connivventibus, nectariis longitudine ſtaminum L. Sp. 1. Ranunculus flore globoſo *Dodon.* Pempt. 430. alpinus luteus *Tabern.* Ic. 46. *Kugel-Ranunckel.* Z.

CALTHA L. Sp. 1. vulgaris *Cluſ.* H. CXIV.

CXIV. Populago maior *Tabern.* Ic. 750. *Wieſen-Blume.* ♃. Flore pleno variat.

NIGELLASTRVM *Heiſter.* Nigella piſtillis denis, corolla longioribus L. Sp. 5. orientalis, flore flavo, ſemine alato T. Coroll. chalepenſis, lutea, corniculis longioribus *Rai.* H. 3. 525. n. 3. Alepum. Nectaria 8. Piſtilli 8. Alio anno 3. tantum, tam Nectaria, quam piſtilli.

2) *flore malvaceo & columnifero*

MALVA caule erecto herbaceo, foliis lobatis, ſpicis ſecundis, axillaribus L. Sp. 4. Peru. Deſcriptio Linnæana convenit. Variat flore coeruleo.

Malva foliis ſubcordatis, laciniatis, glabris, caule arboreſcente L. Sp. 6. capenſis, fruteſcens, groſſulariæ folio, maiore, hirſuto *Dillen.* H. Elth. T. CLXIX. f. 207. Folia pro diverſitate ætatis & ſoli variant. Deſcriptio Dilleniana bona. Columna ſtaminifera alba, ad baſin 5. tuberculis ſanguineis ornata.

Malva caule repente, foliis multifidis L. Sp. 7. Abutilon repens, alceæ foliis, flore helvulo *Dill.* H. Elth. T. IV. f. 4. Carolina.

* *Malva* caule repente, foliis cordato orbiculatis, obſolete quinquelobis L. Sp. 8.

pumila *Fuchſ.* H. 508. repens *Hiſt. Lugd.* I. 586. ſilveſtris minor *Tabern.* Ic. 769. *Gæns-Pappeln.* ♃

* *Malva* caule erecto, herbaceo, foliis lobatis obtuſis, pedunculis petiolisque piloſis L. Sp. 9. ſilveſtris elatior *Fuchſ.* H. 509. *Tabern.* Ic. 768. *Roß-Pappeln.* ♃

Malva caule erecto, herbaceo, foliis lobatis, obtuſis, pedunculis petiolisque glabris L. Sp. 10. maior tertia *Hiſt. Lugd.* I. 586. Italia. Luſitania. Hiſpania. Variat flore albo, lituris purpureis diſtincto.

Malva caule erecto, foliis angulatis, floribus axillaribus, glomeratis L. Sp. 12. cretica, annua, altiſſima, flore parvo, ad alas umbellato T. Coroll.

β. Malva Syriaca, pumila, floſculis albidis, caulículis adhæreſcentibus *Boerh.* Ind. alt. di Raguſa *Zanon.* edit. Mont. T. 113.

γ. Malva criſpa *Dodon.* Pempt. 653. *Tabern.* Ic. 767.

* *Malva* caule erecto, foliis multipartitis, ſcabriuſculis L. Sp. 13. Alcea *Camer.* Matth. Germ. 137. *Tabern.* Ic. 771. vulgaris *Dodon.* Pempt. 656. *Felbris.* ♃

Malva foliis radicalibus reniformibus, inciſis, caulinis quinquepartitis, pinnato multifidis L. Sp. 14. folio rotundo lacinia-

to

to C. B. P. & *Lindern.* Hort. Alſat. T. IV. Italia. Gallia. Helvetia. Alſatia.

Malva caule patulo, foliis angulatis, floribus axillaribus, glomeratis, calycibus glabris, patentibus L. Syſtem. Nat. edit. X. Amoenit. Acad. III. 416.

LAVATERA caule arboreo, foliis ſeptemangularibus, tomentoſis, plicatis, pedunculis confertis, unifloris, axillaribus L. Sp. 1. Malva arborea I. *Baub.* 2. 952. arboreſcens *H. Aichſtatt.* Æſt. Ord. VI. T. 6. Inter Piſas & Liburnum.

Lavatera caule arboreo, foliis ſeptemangularibus, acutis, crenatis, plicatis, tomentoſis; racemis terminalibus L. Sp. 2. Malva foliis mollibus undulatis: in margine ſuperius micis ſulphureis, ad ſolem ſplendentibus, donatis *Moriſon.* H. 2. T. 17. S. 17. n. 9. hiſpanica *Eiusd.* Hort. R. Bleſ. 285. Hiſpania. Luſitania.

Lavatera caule fruticoſo, foliis quinquelobo-haſtatis L. Sp. 3. Althæa arborea Olbiæ *Lobel.* Adverſ. nov. 294. fruteſcens, folio acuto, molli, virente, flore ſpecioſo *Plucknet.* Phytogr. T. VIII. f. 1. Althæaſtrum *Heiſter.* Gallo-provincia.

Lavatera caule fruticoſo, foliis ſubcordatis, ſubtrilobis, rotundatis, crenatis,

ſtipulis cordatis, pedunculis unifloris L. Sp. 4. Althæa frutex I. *Cluſ.* H. XXIV. fruticans, hiſpanica, aceris monſpeſſulani incanis foliis, grandiflora, ſaponem ſpirans *Plucknet.* Phytogr. T. VIII. f. 3. fruticans incana, minore folio, hiſpanica *Barrel.* Ic. 428. Deſcriptio floris Linnæana convenit.

Lavatera caule herbaceo, fructibus denudatis, calycibus inciſis L. Sp. 6. Althæa Thuringica *Camerar.* Hort. T. VI. Alcea Thuringica, grandiflora *Dill.* H. Elth. T. VIII. f. 8. ♃

Lavatera foliis glabris, caule ſcabro, herbaceo, pedunculis unifloris, fructibus orbiculo tectis L. Sp. 8. Malva trimeſtris *Cluſ.* H. XXIII. folio vario C. B. Prodr. 137. Syria. Hiſpania. Gallia Narbonenſis, Variat flore albo.

Lavatera, Malvæ virginianæ, flore amplo rubro, nomine miſſa. Planta annua. Caules herbacei, ſtaturam viri ſæpe excedentes, interdum minores. Folia ſubſcabra, inferiora ſubrotunda, crenata, ſuperiora triloba, crenata. Corolla ampla, læte purpurea, ſtriata, laciniis cordatis, planis, emorſis. Reliqua quoque ſtructura Lavateræ. An Lavatera foliis ſubcor-

datis,

datis, obtuſis, angulatis, ſerratis, caule herbaceo *Royen* Prodr. ?

MALOPE foliis ovatis, crenatis, glabris L. Sp. pl. Malva betonicæ folio *Boccon.* Sic. 15. con foglie di Betonica *Zanon.* edit. Mont. T. 112. edit. prior. F. LII. Alcea betonicæ folio, flore purpureo violaceo *Barrel.* Ic. 1189. Hetruria. Perianthium externum triphyllum, internum monophyllum, campanulatum, ſemiquinquifidum. Corolla malvacea, incarnata, venis ramoſis, ſaturatioribus ornata. Petala cordiformia, margine ſuperiori undato. Columna ſtaminifera multifida. Germina plura, in capitulum coagmentata. Stilus cylindraceus, ſummitate multifidus, ut in plerisque malvaceis. Iam ceſſat.

VRENA foliis angulatis L. Sp. 1. ſinica, xanthii facie *Dill.* H. Elth. T. CCCIX. f. 412. Lappago amboinica *Rumph.* Amboin. P. VI. T. XXIV. China. India.

GOSSYPIVM foliis quinquelobis, caule herbaceo L. Sp. 1. Goſſypium ſ. Xylon *Camerar.* Matth. Germ. 117. C. *Dodon.* Pempt. 66. *Rumph.* Amboin. P. IV. T. XII. Amini IV. *Piſon.* H N. 186. Bambagia arborea di Pernambucco *Zanon.* edit. Mont. T. 182. *Baumwolle.* America.

* *Goſſypium* foliis palmatis, lobis lanceolatis, caule fruticoſo L. Sp. 3. latifolium *Rumph.* Amboin. P. IV. T. XIII. herbaceum ſ. Xylon Maderaſpatenſe, rubicundo flore, · pentaphyllum *Plucknet.* Phytogr. T. CLXXXVIII. f. 3. arboreum cotnemſegiar. Pr. *Alpin.* Ægypt. 71. India.

MÜNCHHVSIA *Heiſter.* *Hibiſcus* caule herbaceo, ſimpliciſſimo, foliis ovatis, ſubtrilobis, ſubtus tomentoſis, floribus axillaribus L. Sp. 2. Tulipa montana *Breſslauiſch. Samml.* A. 1720. Septembr. Claſſ. IV. 305. Althæa hortenſis ſ. peregrina *Dodon.* Pempt. 655. Virginia. Canada. Statura 4. circiter pedum. Caules 3. ex una radice, virides, glabri. Folia ſaturate viridia, ſcabra, magna, ovato acuta, ſerrata. Perianthium interdum unicum, octifidum, ut plurimum vero duplex, exterius in 13. circiter anguſtas lacinias diviſum, interius in 5. magnas, æquales. Corolla magna, ſpecioſa, malvacea, petalis, vel laciniis candidis, nervoſis, margine quaſi arroſis, in fundo floris, prope exortum, eleganter incarnatis. Columna ſtaminifera candida, antheris luteis. Stilus candidus, quinquifidus, ſtigmatibus magnis capitatis. Semen imperfectum.

MAL-

MALVAVISCVS arboreſcens, flore miniato clauſo *Dill.* H. Elth. T. CLXX. f. 208. *Hibiſcus* foliis cordatis, crenatis: angulis lateralibus extimis parvis, caule arboreo L. Sp. 8. Mexico. Deſcriptio Dilleniana & hic optima.

Hibiſcus foliis cordato quinqueangularibus, obſolete ſerratis, caule arboreo L. Sp. 7? Roſa Sinenſis quinquefolia *Ferrar.* Fl. Cult. 493. India. Nondum floruit.

Hibiſcus foliis ovato lanceolatis: ſuperne inciſo ſerratis, caule arboreo L. Sp. 9. Alcea arboreſcens *Camerar.* Hort. T. III. IV. Ketmia flore purpuro violaceo *Hortulan. Angl.* T. 10. Alcea frutex II. *Cluſ.* H. XXV. *Althæ-Staude.* Syria. Perianthium externum octophyllum, internum monophyllum, ſemiquinquifidum.

β. Ketmia floribus ex albo & rubro variis *Boerh.* Ind. alt. Perianthium exterius ſeptemfidum, ad baſin ſectum, interius campanulatum, trifidum, quavis lacinia ſummitate bifida. Corolla malvacea, alba, extus ex rubro variegata, in fundo 5. elegantibus maculis ſanguineis, radiatis, ornata.

γ. Eadem caule criſtato.

Hibiſcus foliis ſerratis: inferioribus ovatis,

vatis, indiviſis, ſuperioribus tripartitis, caule aculeato L. Sp. II. Alcea Bengalenſis, ſpinoſiſſima, aceroſe ſapore, flore luteo pallido, umbilico purpureo *Commelin.* H. A. I. F. 18. Acetoſa *Bont.* H. N. & M. I. 114. India.

Hibiſcus foliis palmato digitatis, ſeptempartitis L. Sp. 13. Ketmia folio Manihot ſerrato, flore amplo ſulphureo *Dill.* H. Elth. T. CLVI. f. 189. India.

* *Hibiſcus* foliis ſubpeltato cordatis, ſeptemangularibus, ſerratis, hiſpidis L. Sp. 14. Bamia muſchata Pr. *Alpin.* Exot. 196. Abelmoſch *Vesling.* Ægypt. 65. 66. Gramen moſchatum *Rumph.* Amboin. P. IV. T. XV. India. Iam ceſſat.

Hibiſcus foliis tripartitis, inciſis, calycibus inflatis L. Sp. 20. Alcea venera ſ. veſicaria, trifolia, hirſuta, flore ſulphureo, unguibus purpureis *Barrel.* Ic. 471. Alcea veſicaria *Dodon.* Pempt. 657. Veneta *de Bry* 41. peregrina *Tabern.* Ic. 772. Italia.

β. Alcea africana ſ. veſicaria, trifolia, glabra, flore ſulphureo, unguibus purpureis *Barrel.* Ic. 472.

* ALTHÆA foliis ſimplicibus tomentoſis L. Sp. I. Althæa *Tabern.* Ic. 769. *Dodon.* Pempt.

Pempt. 655. vulgaris *Cluſ.* H. XXIV. *Eibiſch.* ♃ Foliis laciniatis variat.

* ALCEA foliis ſinuato anguloſis L. Sp. 1. Malva hortenſis *Dodon.* Pempt. 652. arborea *Tabern.* Ic. 765. *Mundroſen.* Variat flore roſeo multiplici, & flore nigro multiplici.

Alcea foliis palmatis L. Sp. 2. Malva roſea, ſimplex, peregrina *Tabern.* Ic. 767. roſea, folio ficus C. B. P. Varietates plures, tam flore ſimplici, quam multiplicato.

NAPÆA pedunculis nudis, lævibus, foliis glabris, floribus hermaphroditis L. Sp. 1. Althæa Ricini folio, virginiana *Hermann.* H. L. B. 23. Pedunculi florum nudi, læves, teneri, utplurimum in 2. minores ſubdiviſi, quorum quilibet unum florem ſuſtinet. Perianthium ſimplex, viride, campanulatum, quinquifidum. Corolla ut plurimum maior, quam in ſequenti ſpecie, in 5. lacinias diſſecta, non rotatas, ſed inæqualiter laceras. Eadem albicat, & adhuc tenerior eſt, quam in ſequenti Napæa, pariter ſtriata. Columna ſtaminifera triplo vel quadruplo longior, quam in ſequente, antheris diſtinctiſſimis, purpureis. Stili 8. filamentis, in quæ columna ſecatur, æquales. Germen orbiculatum,

PANICVM vulgare, ſpica ſimplici & aſpera T. ſilveſtre dictum & dens canis I. *Bauh.* 2. 443. Gramen panicum, ſpica aſpera C. B. & *Scheuchzer.* Agroſtogr. 47. Deſcriptio optima. Miliaſtrum *Heiſter.* Horti Pariſini & noſter.

* *Panicum* panicula laxa, flaccida, foliorum vaginis pubeſcentibus L. Sp. 16. Milium *Camer.* Matth. Germ. 110. C. *Dodon.* Pempt. 506. *Tabern.* Ic. 277. *Hirſe.* India. Semine nigro variat.

Pani-

Digitized by Google

Panicum panicula racemis lateralibus, ſimplicibus, foliis ovato lanceolatis, collo piloſis L. Sp. 17. Milium americanum humile, panicula rara *Dill*. H. Elth. T. CCXXVI. f. 283.

Panicum ſpica ſimplici, æquali, pedunculis bifloris L. Sp. 3. americanum *Cluſ*. H. CCXV. Indicum *Dodon*. Pempt. 507. Iam ceſſat.

HOLCUS glumis villoſis, ſeminibus ariſtatis L. Sp. 1. Sorghi I. *Bauh*. 2. 448. Melica ſ. Sorghum *Dodon*. Pempt. 507. *Tabern*. Ic. 280. India.

ARUNDO calycibus quinquefloris, panicula laxa L. Sp. 3. paluſtris *Camer*. Math. Germ. 41. C. phragmites *Dodon*. Pempt. 602. *Robr*. ♃

β. Arundo folio ſtriato *Heiſter*.

PANICULARIA *Heiſter*. POA panicula diffuſa, ſpiculis ſexfloris, linearibus L. Sp. 1. Gramen harundinaceum, paniculatum *Tabern*. Ic. 211. paluſtre, paniculatum, altiſſimum C. B. & *Scheuchzer*. Agroſtogr. 191. ♃

* ORYZA L. Sp. pl. *Camer*. Matth. Germ. 110. *Tabern*. Ic. 277. *Reis*. India.

TREMULARIA *Heiſter*. BRIZA ſpiculis ovatis, calice floſculis breviore L. Sp. 2.

Gramen tremulum *Tabern.* Ic. 231. ſphalaroides, minus lata ſparſa panicula *Barrel.* Ic. 16. tremulum maius C. B. P. & *Scheuchzer.* Agroſtogr. 204. T. IV. f. 8. Deſcriptio & Icon optima. Europæ prata ſiccìora.

Briza ſpiculis cordatis, floſculis ſeptendecim L. Sp. 3. Gramen tremulum maximum C. B. Prodr. 5. phalaroides maius, ferrugineа nutante panicula *Barrel.* Ic. 15. Italia. Luſitania.

FESTVCARIA *Heiſter.* *Feſtuca* panicula ramoſa, erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus, teretibus, muticis L. Sp. 10. Gramen fluviatile *Tabern.* Ic. 216. miliaceum, aquaticum, Brizæ locuſtis, ſemine ruffo *Barrel.* Ic. 7. ♃

c) *digitata*

DIGITARIA *Heiſter.* Dactylis Rai. Gramen iſchæmon Plinii *Cluſ.* H. CCXVII. *Tabern.* Ic. 222. Panicum ſpicis aggregatis, baſi interiore nodoſis, floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis L. Sp. 8?

ORDO II.

Caule teretiuſculo, medulla fungoſa repleto

IVNCVS foliis planis, ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus, pedunculatisque L. Sp. 14. villoſus

loſus, capitulis Pſyllii T. Gramen cyperinum, piloſum *Tabern.* Ic. 219. exile, hirſutum, cyperoides Lobelii I. *Bauh.* 2. 493. *Riedgras.* ♃

SCIRPUS culmo tereti, nudo, ſpicis ovatis pluribus, pedunculatis, terminalibus L. Sp. 8 paluſtris, altiſſimus T. Iuncus paluſtris maior *Tabernæm.* Ic. 249. *Binzen.* ♃

PLUMARIA *Heiſter*. ERIOPHORUM culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis L. Sp. 2. Gramen eriophorum *Dodon.* Pempt. 562 Linagroſtis, panicula ampliore *Vaillant.* Botan. Par. T. XVI. f. 1. ♃

ORDO III.

Caule ut plurimum trigono

CYPERUS gramineus I. *Bauh.* 3. 504. Gramen arundinaceum, foliis acutiſſimis, panicula multiplici, cyperi facie *Loeſel.* Fl. Pruſſ. N. 33. *Scheuchzer.* Agroſtogr. 393. Deſcriptio optima. Scirpus culmo triquetro, panicula conglobata, foliacea, ſpicularum ſquamis trifidis, intermedia ſubulata L. Sp. 10. ♃

CAREX maior, ſpica compacta *Dill.* Catal. Gieſſ. App. T. XIV. Carex ſpica ſupradecompoſita, inferne laxiore: ſpiculis androgynis, ovatis, ſeſſilibus, glomeratis:

ſuperne maſculis L. Sp. 7. paluſtris major, radice fibroſa, caule exquiſite triangulari, ſpica brevi, habitiore, compacta *Michel.* nov. gen. T. 33. f. 13. 14. ♃

ORDO IV:

Plantæ gramineæ, quibus flores a fructibus ſ. ſeminibus in iisdem plantis remoti

CYPEROIDES latifolium, ſpica ruffa, ſ. caule triangulo *T. Scheuchzer* Agroſtogr. 458. Deſcriptio optima. Cyperoides foliis caryophylæis, ſpicis habitioribus; ſquamis curtis *Michel.* gen. nov. T. 32. f. 12. Carex ſpicis maſculis ſuperioribus numeroſis; femineis inferioribus: intermedia unica androgyna *Royen.* & L. Sp. 28. ♃

* ZEA L. Sp. pl. Frumentum turcicum *Dodon.* Pempt. 509. *Tabern.* Ic. 263. 264. indicum *Eiusd.* 265. *Camer.* Matth. Germ. 114. C. *Türckiſch Korn.* America. Varietates ratione coloris ſeminum plures.

* COIX ſeminibus ovaris L. Sp. 1. Lachryma Iobi *Cluſ.* Hiſpan. 501. *Geſner.* Opp. P. I. T. II. lign. f. XV. Ova piſcium *Rumph.* Amboin. P. V. T. LXXV. Lithoſpermum arundinaceum Dalechampii *Hiſt. Lugd.* II. 1178. plinianum *Lobel.* adverſ.

verſ. nov. 16. Lachrymaria *Heiſter*. *Hiobs-Thrænen.* Indiæ.

TRIPSACVM ſpicis androgynis L. Syſtem. Nat. edit. X. Coix ſeminibus angulatis *Euſd.* Sp. pl. 2. Gramen dactylon, maximum, americanum *Plucknet*. Phytogr. T. CXC. f. 2 Seſamo indiano perpetuo *Zanon*. edit. Mont. T. 66. America.

TYPHA foliis ſubenſiformibus, ſpica maſcula femineaque approximatis L. Sp. 1. paluſtris *Tabern.* Ic. 246. I. *Bauh.* 2. 527. *Kolben.* ♃

Typha foliis ſemicylindricis, ſpica maſcula femineaque remotis L. Sp. 2. minor *Lobel.* adverſar. nov. 41. ♃

SPARGANIVM foliis erectis, triquetris L. Sp. 1. ramoſum & non ramoſum *Tabern.* Ic. 246. 247. *Igelsknoſpen.* ♃

CRYPTOCARPÆ S. CRYPTOGAMÆ L. dividi poſſunt in *Filicinas*, *Muſcoſas*, *Algaceas*, *Fungoſas* & *Lithophyta.*

CLASSIS XXIII. FILICINÆ
ORDO I.
Dorſiferæ

* PTERIS fronde ſupra decompoſita, foliolis pinnatis: pinnis lanceolatis: infi-

 mis

mis pinnatifidis: ſuperioribus minoribus L. Sp. 13. Filix femina *Tabern* Ic. 792. *Dodon.* Pempt. 462. *Farnkraut.* ♃

* POLYPODIUM frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis, ſubſerratis, obtuſis, radice ſquamata L. Sp. 13. maius *Dodon.* Pempt. 464. I. *Tabern.* Ic. 798. *Engelſüs.* ♃

* *Polypodium* fronde bipinnata: pinnis obtuſis, crenulatis, ſtipite paleaceo L. Sp. 37. Filix mas *Tabernæm.* Ic. 798. *Dodon.* Pempt. 464. *Farnkraut.* ♃

ONOCLEA L. Sp. pl. Filix indica, polypodii facie *Mentzel.* Pugill. T. 10. ſ. polypodium indianum, foliis profunde ſinuoſis, marrubii aquatici æmulis *Plucknet.* Phytogr. T. XXX. f. 1. Polypodium ſenſibile *Boerh.* Ind. alt. Virginia.

* LUNARIA *Dodon.* Pempt 139. botryitis *Camerar.* Matth. Germ. 308. Oſmunda ſcapo caulino ſolitario, fronde pinnata, ſolitaria L. Sp. 2. *Oeder.* Fl. Dan. Faſc. I. T. XVIII. *Mondraute.* ♃

* ASPLENIUM frondibus ſimplicibus, cordato lingulatis, integerrimis L. Sp. 3. Lingua cervina *Camerar.* Matth. Germ. 290. *Dodon.* Pempt. 467. officinar. *Plumier.* Filic. T. A. f. 4. *Hirſchzung.* ♃

β. Phyllitis foliis laciniatis *Tabern.* Ic. 801.

801. *Dodon.* Pempt. 467. laciniata *Cluſ.* Hiſpan. 494. H. CCXIII.

* *Aſplenium* frondibus alternatim decompoſitis, foliolis cuneiformibus, crenulatis L. Sp. 15. Ruta muraria *Dodon.* Pempt. 470. adianthum album *Tabern.* Ic. 796. *Mauerraute.* ♃

Adianthum fronde pedata: foliolis pinnatis, pinnis antice gibbis, inciſis, fructificantibus L. Sp. 4. fruticoſum, americanum, ſummis ramulis reflexis, & in orbem poſitis *Plucknet*. Phytogr. T. CXXIV. f. 2. ſtellatum Canadenſe, polypodii radice *Barrel.* Ic. 1206.

ORDO II.

quibus fructificatio in peculiari pedunculo

* OSMUNDA fronde bipinnata, apice racemifera L. Sp. 12. regalis ſ. Filix florida *Plumier*. Filic. T. B. f. 4. Filix paluſtris *Dodon.* Pempt. 463. ♃

* *Oſmunda* frondibus lanceolatis, pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis, parallelis L. Sp. 16. Lonchitis aſpera *Dodon.* Pempt. 469. *Camer.* Matth. Germ. 307. C. Aſplenon ſilveſtre *Trag.* 550. ♃

* OPHIOGLOSSUM fronde ovata L. Sp. 1. Ophiogloſſum *Tabern.* Ic. 449. *Camerar.* Matth.

Matth. Germ. 194. *Plumier*. Filic. T. B. f. 5. *Natterzung*. ♃

* EQVISETVM ſcapo fructificante nudo, ſterili, frondoſo L. Sp. 2. minus *Fuchſ.* H. 323. arvenſe, longioribus fetis C B.P. Hippuris minor cum flore *Dodon.* Pempt. 73. *Schafftenheu*. ♃

Plantas *muſcoſas*, *algaceas* & *fungoſas*; ut & *Lithophyta*, quæ Claſſes XXIV. XXV. XXVI. & XXVII. huius ſyſtematis conficiunt, Flora hortenſis fere reſpuit, interea ex *muſcoſis* hic allegari queunt:

* LYCOPODIVM foliis ſparſis, filamentoſis, ſpicis teretibus, pedunculatis geminis L. Sp. 4. vulgare, piloſum, anfragoſum & repens *Dillen.* Hiſt. muſc. T. LVIII. f. 1. Muſcus terreſtris ſ. Lycopodium *Dodon.* Pempt. 472. *Bærlapp*. ♃

* POLYTRICHVM caule ſimplici L. Sp. 1. quadrangulare, vulgare, Yuccæ foliis ſerratis *Dill.* Hiſt. Muſc. T. LIV. f. 1. Adianthum aureum *Tabern.* Ic. 797. *Gulden Wiederthon*. ♃

* LICHEN ſcyphifer, ſimplex, integerrimus, ſtipite cylindrico, tuberculis coccineis L. Sp. 57. pyxidatus, oris coccineis, & tumentibus *Vaillant.* Bot. Pariſ. T. XXI. f. 4.

f. 4. *Michel.* nov. gener. T. 41. f. 3. Lichenoides ſcyphiforme, tuberculis coccineis *Dill.* Hiſt. Muſc. T. XIV. f. 4. ♃

*MARCHANTIA calice communi decemfido L. Sp. 1. ſtellata *Act. Gallic.* verſ. Steinwehr. P.IV. T. 13. capitulo ſtellato, radiis teretibus *Michel.* nov. gen. T. 1. f. 2. Lichen domeſticus minor, ſtellatus, æque ac umbellatus & cyatophorus *Dill.* Hiſt. Muſc. T. LXXVII. f. 7. *Stein Leberkraut.* ♃

ex *fungoſis*

*LYCOPERDON ſubrotundum; lacerato dehiſcens L. Sp. 3. Fungus pulverulentus, dictus crepitus lupi I. *Baub.* 3. 832. *Boviſt.* ♃

PEZIZA ſeſſilis, corpore campanulato, integerrimo *Gleditſch.* meth. fung. T. IV. a. b. Cyathoides cyathiforme cinereum & veluti ſericeum *Michel.* nov. gen. T. 102. f. 1. Fungoides infundibuliforme ſemine foetum *Vaillant.* Botan. Pariſ. T. II. f. 6. 7. ♃

MUCOR cruſtaceus, ramoſiſſimus, mollis & fugax, crocei coloris *Gleditſch.* Fung. Spongia fugax, mollis, flava & amoena, in pulvere coriario naſcens *Marchant.* Act. Gallic. verſ. Steinwehr. P. VII. T. 3. ♃

PARS

Digitized by Google

PARS II.
DE ARBORIBVS
CLASSIS XXVIII.

ARBORES MONOCOTYLEDONES quæ & PALMÆ vel PALMATÆ dici poſſunt, atque ramis deſtituuntur.

YVCCA foliis integerrimis L. Sp. 1. indica, foliis aloes, flore albo *Barrel.* Ic. 1194. nova glorioſe elata & opinata yucca *Lobel.* adverſ. nov. 508. Hyiucca Canedana *Aldin.* H. Farneſ. 32. 34.

Yucca foliis crenulatis, ſtrictis L. Sp. 2. arboreſcens, foliis rigidioribus, rectis, ſerratis *Dillen.* H. Elth. T. CCCXXIII. f. 416. Iamaica.

Yucca foliis crenatis, nutantibus L. Sp. 3. draconis folio ſerrato *Dill.* H. Elth. T. CCCXXIV. F. 417. America.

CORDYLINE foliis inermibus, integerrimis, flaccidis *Royen.* Prodr. Palma foliis longiſſimis, pendulis, absque ullo pedunculo ex caudice glabro enatis *Boerh.* Ind. alt. Arbor Draconis *Heiſter. Drachen-Blut.* Caudicis, ſtaturam viri bis ſuperantis, dimidium inferius glabrum, ſuperius a reliquiis baſeos foliorum ſquamatum. Rami hucusque nulli, folia vero ut apud *Cluſium* Hiſpan. 12. H. 1. & in *Hiſt.*

Hiſt. Lugd. II. 1847. exhibentur. Non-dum floruit.

MUSA ſpadice nutante L. Sp. I. Bananiera *Piſon.* H. N. 154. Muſa Pr. *Alpin.* Ægypt. 80. *Rumph.* Amboin. P. V. T. LX. vulgo Pyſang. India.

CHAMÆROPS frondibus palmatis, plicatis, ſtipitibus ſpinoſis L. Sp. I. Chamæriphes *Dodon.* Pempt. 820. *Camer.* Matth. Germ. 69. *Hiſt. Lugd.* I. 369. *Palmbaum.* Europa auſtralis. Spatha univerſalis compreſſa, bifida. Flores viridi lutei in ſpadice ramoſo Perianthium proprium minimum, tripartitum, laciniis cuſpidatis. Corolla tripartita, petalis ovatis, coriaceis, erectis, acutis, apice inflexo. Filamenta 6 ſubulato compreſſa, baſi parum cohærentia, quorum tria inter interſtitia petalorum, tria vero eis ipſis antepoſita ſunt. Antheræ luteo fuſcæ, erectæ, lineares, didymæ, anteriori parti filamentorum adnatæ. Germina 3. magna, ſubrotunda. Stili totidem parvi, acuti. Fructus drupa fuſca, rugoſa arida, conſtans 3. ſeminibus magnis, convexo angulatis, duris, pluribus granulis gummoſis lucidis adſperſis, quæ terræ quovis anno commiſſa hucusque nunquam germinarunt.

β. Pal-

β. Palma arborea, frondibus flabelliformibus, palmatis, plicatis, ſtipitibus ſpinoſis. Caudex ſtaturam hominis adulti æquat, pedem dimidium circiter craſſus, inferius craſſior, medio paullo anguſtior, ſuperius a reliquiis foliorum ſquamatus. Flores & fructus quovis anno fert, præcedentibus quoad omnia ſimiles.

CYCAS frondibus pinnatis, circinnalibus: foliolis planis L. Sp. pl.? Olus calappoides *Rumph.* Amboin. P.I. T.XXII. XXIII. Palmifolia, fructu clavato, polypyreno *Trew* Ic.pl.ſel. T.XXVI. India. Icones allegatæ cum noſtra palma conveniunt, quæ vero nondum floruit.

* PHOENIX frondibus pinnatis: foliolis complicatis L. Sp.I. *Datteln.* India. Icon plantæ iunioris, ab Engelb. *Kæmpfer.* Amoenit. Exot. Faſc. IV. T. I. f. 1. 2. 3. 4. data, Phoenicem noſtram exactiſſime exprimit, æque ac Icon *Camerar.* Hort. T. XXXVI. Sed ipſa tarde & difficulter adoleſcit, ex dactylis officinarum, terræ commiſſis, enata.

ARBORES POLYCOTYLEDONES, quæ floribus ſunt vel petaloideis, vel apetalis, aut amentaceis.

Ar-

Arbores floribus *petaloideis* fructus ferunt vel ſucculentos, vel ſiccos.

Prioris generis in *Bacciferas* & *Pomiferas* dividuntur

CLASSIS XXIX. BACCIFERÆ
ORDO I.

Floribus petaloideis, monopetalis, quadrifidis, regularibus

DAPHNE L. vid. inter herbas & frutices bacciferos Claſſ. XVIII. Ord. I.

* LAVRVS foliis lanceolatis, venoſis, perennantibus, floribus quadrifidis, dioecis L. Sp. 4. Laurus *Camer*. Matth. Germ. 34. *Dodon*. Pempt. 649. mas & femina *Tabern*. Ic. 950. *Lorbeer*. Italia. Græcia. Variat foliis undulatis, vel variegatis.

Laurus foliis ovatis, planis, integerrimis, pedunculis ramoſis, floribus in capitulum collectis Houſt. & Milleri *Trew*. Nov. Act. A. N. C. App. 401. Mas. Flores racemoſi, penduli. Calix viridis, parvus, quadripartitus, perſiſtens, rigidus. Corolla quadrifida, vel tetrapetala, laciniis vel petalis albis, calice maioribus, ovatis, rigidis, ſucculentis. Antheræ albæ, rigidæ, falcatæ, ſulcatæ, apice acutæ.

* LIGVSTRVM L. Sp. pl. *Dodon*. Pempt.

 775.

775. *Camer.* Matth. Germ. 49. C. *Mundholtz.* ♃

* ILEX foliis ovatis, acutis, ſpinoſis L. Sp. 1. Aquifolium *Dodon.* Pempt. 658. *Tabern.* Ic. 970. *Stech-Palmen.* ♃ Variat limbo foliorum aurato; dorſo foliorum echinato, eorumque vel viridium plane; vel limbo itidem auratorum.

Ilex foliis ovato lanceolatis, ſerratis L. Sp. 2. Caſſine veræ perquam ſimilis arbuſcula, Phillyreæ foliis antagoniſtis; ex provincia Caroliniensi *Hortulan. Anglic.* T. 20. Pauciores corollæ quadrifidæ; plures quinquifidæ.

* CERVISPINA *Dill.* Catal. Gieſſ. App. T. VIII. Rhamnus ſolutivus *Dod.* Pempt. 756. Spina infectoria *Camer.* Matth Germ. 45. Rhamnus ſpicis terminalibus, floribus quadrifidis, dioicis L Sp. 1. *Creutzbeer.* ♃

* CAPPARIS aculeata L. Sp. 1. *Dodon.* Pempt. 746. *Tabern.* Ic. 363. Rauwolffii *Gesner.* Opp. P. I. T. XVI f. CXLIV. *du Hamel* Arbor. verſ. teut. Tom. I. 83. *Cappern.* Europa auſtralis.

BVRCARDIA *Heiſter.* vid. epiſtol. Burckhardian. ad Leibnit. de charactere plantar. edit. 2. c. præfat. Heiſter. 1750. *du Hamel* Arb. verſ. teut. 83. *Callicarpa* L.

L. Sp. pl. Anonymos baccifera, verticillata, folio molli & incano, ex america *Plucknet*. Phytogr. T. CXXXVI. f. 3. Virginia. Carolina.

OLEA foliis lanceolatis L. Sp. 1. ramis tereticuſculis *Eiuſd*. Hort. Cliff. Olea *Dodon*. Pempt. 821. domeſtica *Camer*. Matth. Germ. 61. *Oehlbaum*. Europa auſtralis.

Olea foliis lanceolatis, ramis tetragonis Hort. Cliff. ſilveſtris *Camer*. Matth. Germ. 61. Olea *Cluſ*. Hiſp. 46. Folia in altero exemplari noſtro ſubtus fuſca, unguinoſa. Flores in racemis. Perianthium parvum, quadridentatum. Corolla candida, monopetala, quadrifida. Filamenta 2. cum totidem antheris magnis. Stilus ſummitate tuberculoſus, bifidus.

ELÆAGNUS foliis lanceolatis L. Sp. 1. Olea Bohemica ſ. Elæagnus *Camerar*. Matth. Germ. 63. C. *Hortulan. Angl*. T. 19. *Wilder Oehlbaum*. In eadem arbore non ſolum, ſed etiam in eodem ramo, flores modo quadrifidi, modo quinquifidi, modo ſexfidi, modo octifidi. Staminibus modo 4. modo 5. 6. 7. 8. ita ut in nulla alia planta maiorem inconſtantiam obſervaverim. Stilus ſerpentinus longitudine perianthii vel corollæ. Stigma ob-

tuſum. In fundo floris Nectarium globoſum, apice quadrifidum, baſin ſtili amplectens.

PHILLYREA foliis lanceolatis, ſubintegerrimis L. Sp. 1. IV. *Cluſ.* H. 52. Hiſpan. 64. Cyprus *Dodon.* Pempt. 776. *Stein-Linde.*

β. Phillyrea foliis ovato lanceolatis, vix crenatis L. Hort. Cliff. III. *Cluſ.* H. 52. Hiſpan. 63. Cyprus latiore folio *Dodon.* Pempt. 776.

Phillyrea foliis cordato ovatis, ſerratis L. Sp. 2. folio alaterni I. *Bauh.* I. 541. II. *Cluſ.* H. 52. Hiſpan. 61. Europa auſtralis.

CASSINE foliis oblongis, ſerratis L. Sp. I. Phillyrea capenſis, folio Celaſtri *Dill.* H. Elth. T. CCXXXVI. f. 305. Ceraſus Sebeſtenæ domeſticæ foliis aliquatenus accedens, promontorii bonæ ſpei *Plucknet.* Phytogr. T. XCVII. f. 8. Æthiopia. Carolina.

DIOSPYROS foliorum paginis diſcoloribus L. Sp. 1. Pſeudolotus *Camer.* Matth. Germ. 86. C. Gallia Narbonenſis. Italia. Mauritania. Noſtra arbuſcula eſt hermaphroditica & in omnibus floris & fructus partibus convenit cum definitione Linnæana & Icone Camerariana. Verum

folis

folia paulo anguſtiora ſunt & unicoloria ſubtus ſolum pallidiora. Videtur itaque eſſe varietas plantæ Linnæanæ & Camerarianæ, nempe Dioſpyros ſ. faba græca, anguſtifolia ſ. lotus Africana *Hiſt. Lugd.* I. 349.

Dioſpyros foliorum paginis concoloribus L. Sp. 2. Guaiacana loto arbori ſ. Quaiaco Patavino affinis, Virginiana, Piſhamin dicta *Plucknet*. Phytogr. T. CCXLIV. f. 5. Perſimon *Anglor.* *Dattelpflaumen.*

2) *floribus monopetalis, quadrifidis, irregularibus*

HALLERIA L. Sp. pl. Æthiopia. Color corollæ e puniceo brunnus. Limbus quadrifidus, ſed nulla laciniarum eſt acuta, verum omnes rotundo ovatæ, obtuſæ, lacinia ſumma ſimul leviter bifida, infima vero reliquis quidem brevior, ſed minime tenuiſſima & acutiſſima, verum obtuſa & ovata, ac 2. lateralibus latior. Fructus maturus bacca mollis, ſucculenta, fuſco nigra, calice floris arido coronata, polyſperma. Semina parva, nigra, plana, ſubrotunda, margine alata. Quavis hyeme in hybernaculo floret.

3) *floribus pentapetalis, regularibus*

BURBONIA *Plumier.* Laurus foliis lan-

ceolatis, transverſe venoſis, calycibus fructus baccatis L. Sp. 7. Carolina, Virginia. Flores corymboſi, conferti. Perianthium parvum, viride, perſiſtens, pentaphyllum. Corolla e viridi plus minus rubens, pentapetala, petalis ovatis. Filamenta 5. viridia, cum totidem antheris fuſcis. Germen viride, globoſum, cui inſidet ſtilus brevis, ſtigmate tuberculoſo. Baccæ maturæ purpuro violaceæ, pedunculis longis, rubris. Quin ipſi rami arboris & petioli foliorum eleganter purpuraſcunt.

ORDO II.

Floribus *monopetalis*, ut plurimum *quinquifidis*

a) *regularibus* plerumque

VIBVRNVM foliis integerrimis, ovatis: ramificationibus ſubtus villoſo glanduloſis L. Sp. 1. Laurus Tinus *Hiſt. Lugd.* s. 204. ſilveſtris *Camer.* Matth. Germ. 34. Tinus I. II. III. *Cluſ.* H. 49. Luſitania, Hiſpania, Italia.

Viburnum foliis cordatis, ſerratis, venoſis, ſubtus tomentoſis L. Sp. 5. Viburnum vulgo *Camer.* Matth. Germ. 68. Ci Lantana *Dodon.* Pempt. 781. *Mehlbaum*, Europa auſtralis. Tota arbor villoſa. Corymbus florum multiplex, patens, &

tori-

totidem involucra albida, villoſa. Perianthium viride, glabrum, ſplendens, monophyllum, quinquedentatum, perſiſtens. Corolla alba, campanulata, ſemi quinquifida, laciniis æqualibus, ſubrotundis, reflexis. Filamenta 5. alba, corolla longiora, cum totidem antheris, pallide luteis. Germen viride, oblongum, compreſſum, infra receptaculum. Stilus breviſſimus, viridis, craſſus, turbinatus.

Viburnum foliis lobatis, petiolis glandulofis L. Sp. 7. Sambucus aquatica *Tabern.* Ic. 1029. *Camer.* Matth. Germ. 451. C. Z.

β. Sambucus aquatica, polyanthus *Tabern.* Ic. 1030. *Camer.* Matth. Germ. 451. C. *Schneeballen.*

LANTANA foliis oppoſitis, caule aculeato, ramoſo, floribus capitato umbellatis L. Sp. 4. Viburnum americanum, odoratum, urticæ foliis latioribus, ſpinoſum, floribus miniatis *Pluknet.* Phytogr. T. CCXXXIII. f. 5. America calidior. Flores umbellati. Perianthium breve, albo viride, tubuloſum, obſcure & inæqualiter dentatum. Corolla aurantia, tubulata, nonnihil incurva, leniter hirſuta, limbo plano, quinquifido, laciniis non exacte æ-

qualibus. Filamenta 4. albida, corollæ adnata, cum totidem antheris albidis. Germen ſubrotundum. Stilus filiformis, albus. Stigma uncinatum.

CLVSIA foliis venoſis L. Sp. 2? Tinus flore pleno *edit. prior.* huius Enumerat. plantar. Hort. Helmſtad. Rami arbuſculæ tortuoſi, nodoſi. Folia cum foliis Viburni 1. *Linn.* ſ. Lauri Tini exacte conveniunt. Racemi florum corymboſi, terminales. Perianthium dilute viride, parvum in 9. vel 10. lacinias diviſum. Petala corollæ alba, 10. ad 15. decidua, anguſta, obtuſa, concava. Filamenta 12. 13. 20. & plura, alba, longitudine petalorum. Antheræ albæ. Germen viride, globoſum, magnum, calycem replens. Stilus viridis, brevis, craſſus, ſubcylindraceus. Stigma tuberculoſum, latum, compreſſum 5. vel 10. ſtriis diſtinctum. Quovis licet anno læte florens fructum hucusque non tulit, hinc ad quod genus proprie pertineat, adhuc incertum eſt.

*SAMBVCVS cymis quinquepartitis, foliis ſubpinnatis L. Sp. 3. Sambucus *Dodon.* Pempt. 845. domeſtica *Camer.* Matth. Germ. 451. *Hollunder.* Germania. Variat fructu viridi, & foliis laciniatis.

Sam-

Sambucus racemis compoſitis, ovatis, caule arboreo L. Sp. 4. racemoſa, rubra C. B. P. montana *Camer.* Matth. Germ. 451. cervina *Tabern.* Icon. 1029. *Hirſch-Hollunder.* ♃

* STYRAX L. Sp. pl. *Camerar.* Matth. Germ. 19. C. *Hiſt. Lugd.* I. 115. *Lobel.* adverſ. nov. 429. *Tabern.* Ic. 1044. *Storax.* Syria. Iudæa. Italia.

NYCTANTHES foliis inferioribus cordatis, obtuſis, ſuperioribus ovatis, acutis L. Sp. 2. Iaſminum arabicum, foliis limonii coniugatis, flore albo, duplici, odoratiſſimo *Hortulan. Angl.* T. VII. Gelſeminum arabicum Pr. *Alpin.* Ægypt. 72. 73. Iaſminum ſ. Sambach Arabum, folio acuminato, flore ſtellato, maiore *Till.* Hort. Piſan. T. 31. *Arabiſcher Iaſmin.* Calix ſæpe decemfidus, vel duodecimfidus. Corolla in noſtro exemplari fere penitus alba.

* IASMINVM foliis oppoſitis, pinnatis L. Sp. 1. Iaſminum *Dodon.* Pempt. 409. album *Swert.* Florileg. II. T. 24. f. 4. India.

Iaſminum foliis oppoſitis, ternatis L. Sp. 2. azoricum trifoliatum, flore albo, odoratiſſimum *Commel.* H. A. I. F. 82. India. Folia ternata. Rami florigeri trichotomi. Perianthium viride, monophyl-

 lum,

lum, glabrum, quinquedentatum. Corolla monopetala, infundibuliformis, limbo quinquepartito, laciniis oblongis, reflexis, lineatis, extus pallide rubentibus. Filamenta 2. alba, ſubulata. Antheræ magnæ, aurantiæ. Germen viride, ſubrotundum, biſulcatum. Stilus albus, ſtaminibus longior, ſummitate craſſior, incurvus.

β. Iaſminum Catalonicum *Camerar.* Matth. Germ. 19. hiſpanicum, flore majore, externe rubente *Hortulan. Angl.* T. VII. Folia pinnata, extremo impare, majore. Perianthium viride, glabrum, quinquifidum, laciniis longis, anguſtis. Corolla alba, magna, odorata, infundibuliformis, limbo plano, quinquifido, quarta vel quinta lacinia galeæ bifidæ ſpeciem exhibente. Filamenta 2. alba, ſubulata, in tubo corollæ latentia, cum totidem antheris luteis, longis. Stilus albus, ſummitate craſſior, virens, clavatus.

Iaſminum foliis alternis, ternatis, ſimplicibusque, ramis angularis L. Sp. 3. luteum *Swert.* Florileg. II. T. 24. f. 3. vulgo dictum bacciferum C. B. P. *Hortulan. Angl.* T. VI. Europa auſtralis.

Iaſminum foliis alternis, ternatis pinnatisque, ramis angularis L. Sp. 4... Iaſminum

minum f. Geſſeminum luteum I. *Bauh.* 2. 102. humile luteum *Hortulan. Angl.* T. VI.

Iaſminum foliis alternis, ternatis pinnatisque, ramis teretibus L. Sp. 5. indicum, flavum odoratiſſimum *Ferrar.* Flor. Cult. 393.

LYCIVM foliis linearibus L. Sp. 1. Iaſminoides africanum, Iaſmini aculeati folio & facie *Niſſole* Act. Gallic. verſ. Steinwehr. P. III. T. 18. Lycium foliis linearibus, flore fructuque minore *Trew.* Ic. pl. sel. T. XXIV. f. 1. Africa.

β. Lycium foliis linearibus, baſi ſtrictiſſimis, apice latiuſculis, obtuſis. Nondum floruit. An Rhamnus I. alter *Cluſ.* Hiſp. 68? cuius icon & deſcriptio caudice, ramis & foliis perfecte convenit.

Lycium alpinum *Hiſtor. Lugd.* I. 148? italicum *Plucknet.* Phytogr. T. XCVI. f. 6. Nondum floruit.

*FRANGVLA *Dodon.* Pempt. 784. *Camer.* Matth. Germ. 75. C. Rhamnus inermis, floribus monogynis, hermaphroditis, foliis integerrimis L. Sp. 3. *Faulbaum.* ♃

ALATERNVS I. & II. *Cluſ.* H. 50. Hiſpan. 57. 58. Rhamnus inermis, floribus dioicis, ſtigmate triplici L. Sp. 4. floribus polygamis,

gamis, ſtigmate triplici, foliis ſerratis *Eiusd.* Hort. Cliff. Europa auſtralis.

β. Alaternus foliis ex viridi, luteo & albo variis.

γ. Alaternus latifolia, Celaſtrus dicta, folio ex aureo & viridi variegato.

δ. Alaternus foliis lanceolatis, ſerratis, anguſtis, baccis rubris *Heiſter*.

PITTONIA foliis ovato lanceolatis, ſpicis ramoſiſſimis, pendulis L. Sp. 4. Heliotropii flore frutex baccifer, racemoſus, folio rugoſo, foetido, maximo, ſubrotundo, hirſuto, fructu albo *Sloan*. Catal. Iamaic? *Rai*. H. 3. Dendrolog. 75. Mexico. Iamaica. Nondum floruit.

* ZIZYPHVS punicea *Hiſt. Lugd.* I. 356. Iuiubæ ſ. Zizypha *Camer*. Matth. Germ. 92. C. Rhamnus aculeis geminatis, rectis, floribus digynis, foliis ovato oblongis L. Sp. 10. *Bruſtbeeren*. Europa auſtralis.

* COFFEA L. Sp. pl. *Iuſſieu*. Act. Gallic. verſ. Steinw. P. IV. 292. Bon. Pr. *Alpin*. Ægypt. 65. Iaſminum arabicum, caſtaneæ folio, flore albo, odoratiſſimo, cuius fructus Caffe in officinis dicuntur *Boerh*. Ind. alt. & *Till*. Hort. Piſan. T. 32.

ARBVTVS caule erecto, foliis glabris, ſerratis, baccis polyſpermis L. Sp. 1. Arbutus

butus *Catnerar.* Matth. Germ. 93. *Cluſ.* Hiſpan. 77. *Barrel.* Ic. 674. *Till.* Hort. Piſan. T. 32. *Erdbeer-Baum.* Europa auſtralis.

MAVROCENIA L. Hort. Cliff. Caſſine foliis ſubovatis, integerrimis *Eiusd.* Sp. pl. 2. Frangula ſemper virens, folio rigido, ſubrotundo *Dill.* H. Elth. T. CXXI. f. 147. *Hottentotten-Kirſchen.* Æthiopia.

PIPERODENDRON *Heiſter.* Differt. de Piper. & de nomin. plant. mutatione. Schinus foliis pinnatis, petiolo æquali, foliolis integerrimis, æqualibus L. Sp. 3. Lentiſcus peruviana C. Mollis arbor *Tabern.* H. 741. Aroeira *Piſon.* H. N. 132. Molle foliis non ſerratis *Feuillee* Peruv. verſ. Huth. P. II. T. XXX. *Pfefferbaum.* Eſt dioeca decandra arbor, ut etiam obſervavit *Gouan.* Hort. Reg. Monſpel. 508. Noſtra eſt mas. Spica florida magna, ramoſa, racemoſa. Calix viridis, parvus, glaber, quinquepartitus. Corollæ petala 5. alba, ovato obtuſa, patentia. Filamenta 8. 9. 10. 11. alba, ſubulata. Antheræ aurantiæ, ſubrotundæ. Germen & ſtilus nullus. Fundus vero corollæ corpore coloris aurantii umbilicato, inſtar Nectarii occupatur.

XYLO-

XYLOSTEUM Pyrenaicum T. Lonicera, pedunculis bifloris, baccis diſtinctis, foliis oblongis, glabris L. Sp. 7. Periclymenum ſ. Chamæceraſus Pyrenaica, oleæ folio, fructu gemino-rubro, groſſulariæ ſimili Schol. Botan. T. & *Rai.* H. 3. Dendrolog. 29.

b) floribus *quinquifidis irregularibus*

LONICERA floribus verticillatis, terminalibus, ſeſſilibus, foliis ſummis connato perfoliatis L. Sp. 1. Caprifolium Italicum *Dodon.* Pempt. 411. Italicum *Hortulan. Angl.* T. V. 1. 2. 3. Periclymenon *Camerar.* Matth. Germ. 332. C. perfoliatum *Tabern.* Ic. 898. *Geisblatt. Speckliljen.* Europa auſtralis.

Lonicera ſpicis nudis, verticillatis, terminalibus, foliis ſummis, connato perfoliatis L. Sp. 2. Periclymenum perfoliatum, Virginianum, ſemper virens & florens *Hermann.* H. L. B. 485. *Hortulan. Angl.* T. VII. Perianthium viride, exiguum, glabrum, germini inſidens. Corolla monopetala, tubo longiſſimo, incurvo, ſenſim ampliato & denuo incurvo, ac denique in limbum quinquifidum, laciniis fere æqualibus, expanſo. Color corollæ ſaturate coccineus, aurantio intermixto.

 Fila-

Filamenta 5. aurantia, longitudine corollæ, cum totidem antheris longis, eiusdem coloris. Germen oblongum, infra receptaculum. Stilus aurantius; longitudine corollæ. Stigma capitatum.

* *Lonicera* capitulis ovatis, imbricatis, terminalibus, foliis omnibus diſtinctis L. Sp. 3. Caprifolium germanicum *Dodon.* Pempt. 411. *Hortulan. Angl.* T. VI. Periclymenum *Tabern.* Ic. 897. ♃

Lonicera pedunculis biflotis, baccis diſtinctis, foliis integerrimis, pubeſcentibus L. Sp. 6. Xyloſteum *Dodon.* Pempt. 412. Periclymenum rectum *Tabern.* Ic. 899. *Hecken-Kirſchen.* ♃

Lonicera pedunculis bifloris, baccis coadunatis, didymis L. Sp. 8. Chamæceraſus *Geſner.* Hiſt. Plant. Faſc. T. XIV. n. 43. Periclymenum rectum IV. cum fructu *Cluſ.* H. 59. Xyloſteum alterum *Dodon.* Pempt. 412. *Purgier-Kirſchen.* Alpes.

Lonicera pedunculis bifloris, baccis coadunato globoſis, ſtilis indiviſis L. Sp. 9. pedunculis bifloris, bilabiatis, bacca ſingulari, globoſa, integerrima *Royen.* Prodr. 239. Periclymenum rectum III. *Cluſ.* H. 58. 59. IV. *Tabern.* Ic. 900. Alpes.

c) *flo-*

c) *floribus monopetalis ſexfidis*

* BERBERIS pedunculis racemoſis L. Sp. 1. Berberis *Camer.* Matth. Germ. 47. *Hiſt. Lugd.* I. 138. Oxyacantha *Tabern.* Ic. 1035. *Sauerach.* ♃

* CAMPHORA officinarum *Boerh.* Ind. alt. Arbor camphorifera, Iaponica, foliis laurinis, fructu parvo, globoſo, breviſſimo *Commelin.* H. A. I. F. 95. Laurus foliis trinerviis, lanceolatis, nervis ſupra baſin unitis L. Sp. 3. camphorifera Engelb. *Kæmpfer.* Amoenit. Exot. 770. 771. 772. Cuius icon & deſcriptio optima eſt, & cum noſtra arbore convenit, niſi quod corolla potius monopetala apparuerit. Floruit vero hucusque ſemel tantum æſtate An. 1758. Perianthium erat nullum, Corolla alba, exigua, ut modo dictum, monopetala, ſexfida. Stamina 9. Germen ſubovatum, ſtilus minimus. Fructus perfectus nullus.

FARNESIA *Heiſter.* Laurus indica *Aldin.* Hort. Farneſ. 60. latifolia, indica *Barrel.* Ic. 877. Laurus foliis lanceolatis, perennantibus, venoſis, planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, floribus racemoſis L. Sp. 5. *Wilder Zimmetbaum.* Virginia. Arbor hermaphrodita. Flores in ſpicis brevi-

brevibus, raris. Calix nullus. Laciniæ vel petala corollæ 6. e viridi alba, extus interdum leviter purpuraſcentia, coriacea, breviſſime hirſuta. Filamenta 9. interdum 10. maiora & exteriora, albida, ſubhirſuta, cum totidem antheris flavis, margini filamentorum ſuperne utrinque adnatis. His debita cum cautione abruptis 9. apparent alia filamenta breviora, & propius ad germen poſita, cum totidem antheris, aurantio fuſcis. Nectarium & glandulæ, ut in definitione Linnæana deſcribuntur. Germen viride oblongum. Stilus ſimplex viridis, ſtaminibus longior. Stigma obtuſum obliquum, inæqualiter criſtatum & uncinatum. Fructus ovatus magnus, forma olivæ fere.

* BENZOIN *Boerb.* Ind. alt. Arbor virginiana, citrei vel limonii folio, Benzoinum fundens *Commelin.* H. A. I. F. 97. virginiana, Piſaminis folio, baccata, Benzoinum redolens *Plucknet.* Phytogr. T. CXXXIX. f. 3. Laurus foliis enerviis, ovatis, utrinque acutis, integris, annuis L. Sp. 9. Flores ante folia, vel ſtatim cum eis prodeunt, ex una gemma plures, ut plurimum 3. vel 4. e viridi luteſcentes, pedunculati, 4. plerumque

bracteis ovatis, concoloribus, ſtipati, propter parvitatem difficilius cognoſcendi; certo tamen hermaphroditici, corolla ex 6. vel 8. laciniis vel petalis conſtante. Numerus filamentorum incertus, 8. vel 9. Antheræ aureæ ſplendentes, tuberoſæ. Germen, ſtilus & ſtigma Lauri. Nectarium & glandulæ Linnæanæ vix diſtinguendæ.

ORDO III.

Bacciferæ, floribus ut plurimum *tetrapetalis*

* CORNUS arborea, umbellis involucrum æquantibus L. Sp. 2. Cornus *Camerar.* Matth. Germ. 87. *Cluſ.* H.12. *Cornellen-Kirſchen.* Sepes Auſtriæ. Fructu ceræ colore variat.

Cornus arborea, cymis nudis L. Sp. 2. Virga ſanguinea *Dodon.* Pempt. 782. Corneolus *Camer.* Matth. Germ. 88. Cornulus *Heiſter.* *Hartriegel.* ♃ Foliis variegatis, nec non flore pleno variat.

EVONYMUS L. vid. Claſſ. XXXI. Ord. II.

CERVISPINA *Dill.* & Laurus L. vid. Claſſ. XXIX. Ord. I.

ORDO IV.

Bacciferæ, floribus pentapetalis

1) *fructibus carnoſis, fœtis vel*

a) *nu-*

a) *nucleo oſſeo*

PRVNVS floribus racemoſis, foliis deciduis, baſi ſubtus glandulosis L. Sp. 1. Padus Theophraſti *Hiſt. Lugd.* I. 312. Pſeudo-Liguſtrum *Dodon.* Pempt. 777. *Vogel-Kirſchen.* ♃

Prunus floribus racemoſis, foliis deciduis, baſi antice glandulosis L. Sp. 2. Ceraſus ſilveſtris, fructu nigricante, in racemis longis, pendulis, phytolaccæ inſtar, congeſtis *Gronov.* Virgin.

Prunus floribus racemoſis, foliis ſemper virentibus eglandulosis L. Sp. 3. Lauroceraſus Luſitanica, minor *Dill.* H. Elth. T. CLIX. f. 193.

Prunus floribus racemoſis, foliis ſemper virentibus, dorſo biglandulosis L. Sp. 4. Lauroceraſus *Cluſ.* H. 4. *Camer.* Hort. T. XXIII. *Kirſch-Lorbeer.* Trapezus. Folio variegato variat.

* *Prunus* pedunculis ſimplicibus, foliis ovato lanceolatis, conduplicatis L. Sp. 8. Ceraſus foliis ovato lanceolatis *Haller.* Helvet. *Schwartzkirſchen.* ♃

* β. Ceraſus hortenſis, flore pleno, vulgari maior *Chabr.* Sciagr. 15. Partes genitales maſculinæ non deficiunt, ſed loco

 ger-

germinis & ſtili adeſt foliolum viride, convolutum.

* *Prunus* pedunculis ſimplicibus, foliis lanceolato ovatis L. Sp. 9. Prunus *Camerar.* Matth. Germ. 89. C. *Zwetſchen.* Europa auſtralis, & horti Germaniæ.

* *Prunus* ſpinoſa, foliis lanceolatis L. Sp. 10. ſilveſtris *Camerar.* Matth. Germ. 91. *Schleen.* ♃

CELTIS foliolis ovato lanceolatis L. Sp. 1. Lotus *Camer* Matth. Germ. 86. C. *Dodon.* Pempt. 847. *Zürgelbaum.* Europa auſtralis & Africa.

BOSEA L. Sp. pl. Frutex peregrinus, horto Boſiano Yerva mora dictus *Walther.* Hort. T. X. Tilia forte arbor, racemoſa, folio longiore, ſubtus albicante, nervis purpureis inſignito, flore pentapetalo purpureo *Sloan.* Catal. Iamaic. *Rai.* H. 3. Dendrolog. 88. Inſulæ Canariæ, Iamaica.

b) *acinis parvis*

ARALIA arboreſcens, caule foliisque acuminatis L. Sp. 1. Angelica arboreſcens ſpinoſa ſ. arbor indica, fraxini folio, cortice ſpinoſo *Commelin.* H. A. I. F. 47. Chriſtophoriana arbor, aculeata, virginienſis *Plucknet.* Phytogr. T. XX. *Angelicken-Baum.* Virginia.

Ara-

Aralia caule folioſo, herbaceo, lævi L. Sp. 3. Panax καρπίμος racemoſa Canadenſis *Barrel.* 705. *Beeren tragende Angelick.* Iam ceſſat. Involucrum minimum, umbellæ globoſæ, virides. Perianthium quinquedentatum, minimum, viride. Petala corollæ 5. alba, ovato acuta, ſeſſilia, reflexa. Filamenta 5. alba, ſubulata, longitudine corollæ, antheræ ſubrotundæ, luteo albæ. Germen ſubrotundum, ſub receptaculo. Stilus brevis craſſus, ſummitate in 5. partes diviſus. Fructus bacca ſubrotunda, ſtriata, coronata, quinquelocularis (quum antecedentis Araliæ bacca ſit trigona, trilocularis) quæ denique ſit ſucculenta, & baccis ſambuci æmula, ſeminibus albis, duris, oblongo compreſſis, foeta.

* SORBVS foliis pinnatis *Haller.* & L. Sp. 1. ſilveſtris *Camer.* Matth. Germ. 88. C. *Hiſt. Lugd.* I. 332. *Sperberbaum.* ♃

* *Sorbus* foliis pinnatis, ſubtus tomentoſis *Haller.* & L. Sp. 2. domeſtica *Camerar.* Matth. Germ. 88. C. legitima *Cluſ.* H. 10. *Speyerling.* Wetteravia.

CRATÆGVS foliis ovatis, inæqualiter ſerratis, ſubtus tomentoſis L. Sp 1. Aria cum flore & fructu Dalechampii *Hiſt.*

Lugd. I. 203. Theophraſti *Lobel.* adverſar. nov. 455. *Tabern.* Ic. 1021. ♃

* *Cratægus* foliis cordatis, ſeptangulis: lobis infimis divaricatis L. Sp. 2. Sorbus torminalis *Camer.* Matth. Germ. 89. *Tabernæm.* Ic. 1020. *Dodon.* Pempt. 803. *Arlsbeeren.* Germania & aliæ regiones vicinæ.

Cratægus foliis obtuſis, bitrifidis, ſubdentatis L. Sp. 9. Meſpilus Aronia *Camer.* Matth. Germ. 85. C. *Dodon.* Pempt. 861. *Tabernæm.* Ic. 1034. Gallis: Azerolier. Florentia. Monſpelium. Noſtra arbor fert fructus pyriformes.

COTONEASTER folio rotundo, non ſerrato C. B. P. & *Heiſter.* Meſpilus foliis ovatis integerrimis L. Sp. 6. folio ſubrotundo, fructu rubro *Hortulan. Angl.* T. XIV. Chamæmeſpilus Geſneri *Cluſ.* H. 60. Europa frigidior. Pyrenæi. Ararat.

* MYRTVS floribus ſolitariis; involucro diphyllo L. Sp. 1. minor & vulgaris C. B. P. tarentina *Hiſt. Lugd.* I. 237. I. *Bauh.* I. 512. *Myrten.* Europa auſtralis. Aſia. Africa.

β. Myrtus *Camerar.* Matth. Germ. 71. C. balſamica, foliis mali granati *Boerh.* Ind. alt.

γ. My-

γ. Myrtus flore pleno *Boerh.* Ind. alt.

δ. Myrtus foliis minimis & mucronatis C. B. P. domeſtica, fructu albo *Cluſ.* H. 67. Folia ſuperiora ex luteo variegata ſunt.

ε. Myrtus foliis mucronatis, ex albo & viridi variegatis, floſculis rubro candidis *Boerh.* Ind. alt.

ζ. Myrtus Bætica, latifolia, domeſtica *Cluſ.* H. 65.

MYRSINE L. Sp. pl. Vitis idæa Æthiopica, myrti tarentini folio, flore atropurpureo *Commelin.* H. A. I. F. 64. Buxus africana, rotundifolia, ſerrata *Plucknet.* Phytogr. T. LXXX. f. 5. Vaccinium africanum arboreſcens, folio buxi minoris, floribus rubentibus *Heiſter.* Æthiopia. Arbuſculæ rami rubentes. Folia glabra, alterna, ovata, verſus apicem margine leviter dentata, in parvam cuſpidem terminata, inſidentia petiolo rubenti, canaliculato. Flores copioſi, ex alis foliorum ſinguli, pedunculis, foliis brevioribus, inſidentes. Perianthium minimum, tetraphyllum, ſubrubrum, germini non inſidens, ſed illud continens. Corolla major calyce, ſed eiuſdem conſiſtentiæ & coloris, ex albo rubra, ut plurimum ſex-

 fida,

fida, laciniis non ſatis æqualibus, concavis, obtuſis. Filamenta 6. albida, breviſſima, cum totidem antheris, ſaturate rubris, filamenta magnitudine ſuperantibus, ſed cum iisdem intra corollam reconditis. Germen viride, baccatum, ovato globoſum, glabrum. Stilus albicans. Stigma ſupra corollam eminens, album, planum, quadrifidum, fibroſum, criſpum.

MELIA foliis bipinnatis L. Sp. 1. Azedarach *Dodon.* Pempt. 848. *Cluſ.* H. 30. Pſeudoſycomorus *Camer.* Matth. Germ. 103. Syria. Numerus petalorum inconſtans, æque ac dentium Nectarii.

2) *bacca coriacea, ſubrotunda, ſemine oſſeo*

* RHUS foliis pinnatis, obtuſiuſcule ſerratis, ovalibus, ſubtus villoſis L. Sp. 1. coriaria *Dodon.* Pempt. 779. Sumach *Camerar.* Matth. Germ. 68. *Tabern.* Ic. 1027. *Gerberbaum.* Europa auſtralis.

* *Rhus* foliis pinnatis, integerrimis, petiolo integro L. Sp. 4. Toxicodendron foliis alatis, fructu rhomboide *Dill.* H. Elth. CCXCII. f. 377. Arbor americana, alatis foliis, ſucco lacteo, venenata *Plucknet.* Phytogr. T. CXLV. f. 1. Sitz

ſ. Sitzd-

ſ. Sitzdſu Engelb. *Kæmpfer.* Amoenit. exot. 791. 792. *Gifft-Aſche. Fürniſ-Baum.* America ſeptentrionalis. Iaponia. Nonnunquam fundit ſponte ex cortice copioſum humorem gummoſum, nigro fuſcum. Flos apud nos hermaphroditus, ad pentandriam monogyniam pertinens, cui etiam in Speciebus plantarum Linnæanis accenſetur.

* *Rhus* foliis pinnatis, integerrimis, petiolo membranaceo, articulato L. Sp. 5. Rhus obſoniorum ſimilis, americana, gummi candidum fundens, non ſerrata, foliorum rachi medio alata *Plucknet*, Phytogr. T. LVI. f. 1. *Gummi Copal-Baum.* America ſeptentrionalis. Flores racemoſi. Calix viridis. Corolla albida. Filamenta alba, corolla longiora. Antheræ aureæ. Stigmata aurantia, breviſſima.

Rhus foliis ternatis: foliolis petiolatis, ovatis, nudis, integerrimis, caule radicante L. Sp. 6. Herba trifolia racemoſa, canadenſis *Barrel.* Ic. 228. Et hæc pentandra monogyna planta eſt, ut in Horto Cliffortiano contra Dillenium iam annotatur.

Rhus foliis ternatis: foliolis petiolatis, lineari lanceolatis, integerrimis, ſubtus tomentoſis L. Sp. 10. africanum, trifolia-

 tum.

tum, maius, foliis ſubtus argenteis, acutis & margine inciſis *Plucknet.* Phytogr. T. CCXIX. f. 6. Æthiopia.

Rhus foliis ternatis; foliolis ſeſſilibus, cuneiformibus, lævibus L. Sp. 11. africanum trifoliatum, minus, glabrum, ſplendente folio, ſubrotundo, integro *Plucknet.* Phytogr. T. CCXIX. f. 9. Vitex trifolia, minor, Indica, rotundifolia *Commelin.* H. A. I. F. 93. Caput bonæ ſpei. Odor foliorum plus minus reſinoſus. Flores exigui, herbacei, in racemis parvis ex ſummitatibus ramorum erumpunt. Structura cum deſcriptione Linnæana convenit, ſed vix ſine microſcopio cognoſcenda. Stigmata tuberoſo-cordata.

Rhus foliis ſimplicibus, ovatis L. Sp. 12. Cotinus *Camer.* Matth. Germ. 62. C. Plinii *Tabernæm.* Ic. 1045. Coriaria *Dodon.* Pempt. 780. *Færberbaum.* Italia. Germen viride, triquetrum.

Rhus typhicum, foliis pinnatis, argute ſerratis, lanceolatis, ſubtus tomentoſis L. Syſtem. Nat. edit. X. A. Amoenit. Acad. T. IV. 311. Virginia.

MYRICA foliis lanceolatis, ſubſerratis, caule arboreſcente L. Sp. 2. Gale, quæ Myrto Brabanticæ ſimilis, Carolinienſis, bacci-

baccifera, fructu racemoſo, ſeſſili, monopyreno *Hortulan. Angl.* T. XX. *Wachsbaum.* America ſeptentrionalis. Mas; Quælibet ſquama amenti floridi unicum continet filamentum, viride, purpuraſcens, baſi craſſius, & deinde in 4. vel 6. ramos diviſum, quorum cuilibet inſidet anthera magna, initio purpuraſcens, deinde viridis, didyma.

Myrica foliis oblongis, oppoſite ſinuatis L. Sp. 4. Laurus africana minor, folio quercus *Commel.* H. A. II. F. 81. Æthiopia.

3) *bacca quadrangulari, quadriloculari*

GREWIA foliis ſubovatis L. Sp. 1. Vlmifolia arbor, africana, baccifera, floribus purpureis *Plucknet.* Phytogr. T. CCXXXVII. f. 1. Vlmi facie arbuſcula, æthiopica, ramulis alatis, floribus purpuraſcentibus *Commelin.* H. A. I. F. 85.

ORDO V.

Bacciferæ floribus hexapetalis, vel *ſexfidis*

BERBERIS L. CAMPHORA BENZOIN & FARNESIA *Heiſter.* vid. Ord. II. Claſſis huius.

CLASSIS XXX.

ARBORES POMIFERÆ *floribus pentapetalis*

1) *fructibus umbilicatis*

*PYRUS foliis ſerratis, pomis baſi productis

ctis L. Sp. 1. Pyrus *Camer*. Matth. Germ. 83. *Dodon*. Pempt. 800. Pyra *Tabern*. Ic. 1009. & ſeqq. *Birn*. Europa.

* *Pyrus* foliis ſerratis, pomis baſi concavis L. Sp. 2. Malus *Camerar*. Matth. Germ. 81. Poma ſ. Mala *Tabern*. Ic. 998. & ſeqq. *Apfel*. Europa. Varietates delicatiores huius & antecedentis ſpeciei videantur apud Iohannem Bauhinum, de la Quintinye, Millerum, & alios.

* *Pyrus* foliis integerrimis L. Sp. 3. *Quitten*. Ripæ Danubii.

α. Cotonea pyrus *Boerh*. Ind. alt. Mala cydonia maiora *Camer*. Math. Germ. 82.

β. Cotonea malus *Boerh*. Ind. alt. Mala cydonia minora *Camer*. Matth. Germ. 82.

* PVNICA L. Sp. pl. Malus punica *Dodon*. Pempt. 794. Citinus *Camer*. Matth. Germ. 77. *Granat-Apfel*. Hiſpania. Italia. Mauritania.

β. Balauſtia *Camer*. Matth. Germ. 77.

* MESPILVS inermis, foliis lanceolatis, integerrimis, ſubtus tomentoſis, calycibus acuminatis L. Sp. 1. Meſpilus *Dodon*. Pempt. 801. *Tabern*. Ic. 1034. II. *Camer*. Matth. Germ. 85. C. *Meſpelbaum*. Europa auſtralis.

Meſpilus ſpinoſa, foliis lanceolato ovatis,

tis, crenatis, calycibus fructus obtuſis L. Sp. 2. Vva urſi *Hiſt. Lugd.* I. 134. Pyracantha *Lobel.* adverſ. nov. 438. Gallo-Provincia. Italia.

2) *non umbilicatis*

a) *ſucculentis, ſeminibus calloſis*

* CITRUS petiolis linearibus L. Sp. I. Citria mala *Camerar.* Matth. Germ. 79. Mala Medica *Dodon.* Pempt. 791. Citrus *Tabern.* Ic. 955. *Citrone.* Media. Aſſyria. Perſia.

β. Citroides, vulgo Citratum Florentinum, fructu magno, plerumque turbinato, levi ac ſvavi medulla, cortice odoratiſſimo, foliis longioribus citro *Till.* H. Piſan.

γ. Poma Adami *Camer.* Matth. Germ. 81. *Cluſ.* H. 7. Malus Aſſyria *Tabern.* Ic. 956. *Dodon.* Pempt. 792.

* *Citrus* petiolis alatis L. Sp. 2. Aurantia *Camerar.* Matth. Germ. 80. Malus arantia *Tabern.* Ic. 955. Malum aureum *Cluſ.* H. 7. *Pomerantze.*

β. Aurantium folio variegato criſpo.

γ. Aurantium fructu maximo Indiae orientalis *Boerh.* Ind. alt. *Tieger-Limon Meiſter.* Or. Ind. K. u. L. Gaertn. 84. & 106.

δ. Aurantium hermaphroditum ſ. corniculatum Ferrar. *Till.* Hort. Piſan.

b) *fru-*

b) *fructibus carnoſis, carne ſucculenta, eduli, nucleo oſſeo foetis, in quo ſemen.*

ARMENIACA fructu maiore, nucleo amaro T. maiora & minora *Camer.* Matth. Germ. 85. Prunus floribus ſeſſilibus, foliis ſubcordatis L. Sp. 6. *Apricoſe.*

* PERSICA molli carne, & vulgaris T. malus *Camer.* Matth. Germ. 48. *Dodon.* Pempt. 796. Amygdalus foliorum ſerraturis omnibus acutis L. Sp. 1. *Pferſiſch.* Flore pleno variat.

β. Perſica rubra *Camerar.* Matth. Germ. 84.

*AVICENNIA L. Sp. pl. Caſſuvium *Rumph.* Amboin. P. I. T. LXIX. Acaiou *Hiſt. Lugd.* II. 1846. Acaia iba *Piſon.* H. N. 120. *Nierenbaum.* Ex ſemine educata per aliquot annos viguit, ſed non adolevit, hinc iam ceſſat.

c) *fructibus ſiccioribus, carne pauca tenui & non eduli, ſemine eduli.*

* AMYGDALVS foliis petiolatis, baſi attenuatis L. Sp. 3. indica nana *Plucknet.* Phytogr. T. XI. f. 3. *Zwerch-Mandeln.*

d) *fructibus meloniformibus, ſeminibus numeroſis*

CARICA L. Papaya T. Iam ceſſat.

e) *fru-*

e) *fructibus coniformibus*

ANNONA foliis lanceolatis, fructibus trifidis L. Sp. 5. Anona fructu luteſcente lævi, ſcrotum arietis referente Catesby & *Trew.* Ic. pl. ſelect. T. V. Carolina.

CLASSIS XXXI.

ARBORES POLYCOTYLEDONES fructibus ſiccis

ORDO I.

1) *Floribus monopetalis, tubuloſis, quadrifidis, fructibus bilocularibus*

SYRINGA foliis ovato cordatis. L. Sp. 1. flore coeruleo f. Lilac I. *Bauh.* 1. 204. Lilac *Dodon.* Pempt. 778. *Spaniſcher Hollunder.* Perſia. Flore albo; flore ſaturate purpureo; & folio aurato variat.

Syringa foliis lanceolatis L. Sp. 2. Lilac folio Liguſtri T. *Perſiſcher Jaſmin.*

β. Lilac coerulea, laciniatis foliis *Barrel.* Ic. 503. Liguſtrum nigrum P. *Alpin.* Exot. 179.

2) *Floribus monopetalis, quinquifidis, fructibus*

a) *planis, cordiformibus, uniloculasibus*

* VLMVS foliis duplicatis, ſerratis, baſi inæqualibus L. Sp. 1. Vlmus *Camerar.* Matth.

Matth. Germ. 40. C. *Dodon.* Pempt. 837. I. *Tabern.* Ic. 979. *Rüſtern.* ♃

b) *bi*- vel *trialatis*, *bi*- vel *trilocularibus*

